q̄ assentiat articulo fidei. ergo virtuose
imperādo presupponit rectā rōem. q̄
sic est ip̄erandū. Aliter nō eēt virtuo-
sa. quia nō imperaret sicut dīctaret rectā
rō. quero tunc aut est euidens aut non.
Si sic habetur p̄positū. Si nō ergo ad-
heret illi. Et vltra illa volitio potest eē
virtuosa. quia virtuose p̄t ip̄erare. z
per p̄sequens illa volitio presupponit
rectā rōem. Et de illa quero si est eui-
dens z erit p̄cessus in infinitū vel erit a-
liqua rō euidens: z habetur p̄positum.

Preterea actus assentiendi articu-
lo est veridicus. ergo nō causat nisi p̄-
pter aliquā certitudinē habitā de arti-
culo. quia si ip̄eritū voluntatis sufficerz
ad causandū illū actū: tūc posset causa-
re actū opinādī. N̄c oportet tūc aliquā
rōem h̄ere. Preterea tūc infideles eēt
alliciendi p̄ dona nō p̄ predicatōes z mi-
racula Preterea si vn̄ predicaret le-

gem xp̄ianā z alius legē machometi ali-
cui pagano totaliter indifferenti z equa-
liter ad apparentiā facerēt miracula. il-
le nō tenetur assentire plus legi xp̄iane:
q̄ legi sarracenoꝝ. ex quo predica⁹ z ve-
ra miracula nō faciunt maiorē euiden-
tiā q̄ falsa miracula. Ad primū z p̄
aliis soluendis distinguo de tali audien-
te. qz aut scit soluere argumēta facta p̄
fide. z consequētias inferentes articulos
z etiā miracula aut nescit. Si secūdo
tunc talis necessario adheret articulis
nō tū euidenter sed magis assentit p̄p̄
ignorantiā: quia nescit soluere rōes. z ta-
lis assensus nō est virtuosus. qz non est
in ptate voluntatis. Si aut sciat solue-
re tunc assentit cōtingenter z nō necessa-
rio. Et illū assensum p̄t voluntas vir-
tuose ip̄erare: vt intellect⁹ p̄seruet ad-
hesionē iam causatā respectu articuloꝝ
sed nō p̄t meritoꝝe ip̄erare. vt illi ar-
ticulo de nouo adheret. qz nunq̄ ip̄erat
meritoꝝe nisi ip̄eret ex charitate que ca-
ritas nō p̄supponitur in tali vel p̄t cō-
cedi q̄ virtuose potest imperare. sal-
tem vt loquitur philosophus de virtu-
te que non requirit charitatem. Et
concedo q̄ ista volitio virtuosa presup-
ponit rectam rationem q̄ sic est. impe-
randum. licet non presupponat rectam
rationem quocūqz modo euidētem.
tamen scienter imperat. quia p̄cipit se sic
dictare. Et quando queritur vtrum il-
la ratio presupponitur ad actum volū-
tatis p̄pter quem dīctat. P̄t vno
modo dici q̄ non. quia q̄uis sciat rōes
soluere. quia tamen rōes sunt multuz
apparentes. nec aliquam rationem ha-
bet in contrariū. z p̄ntat predictos arti-
culos volūtati ex eo q̄ nullam falsita-
tem reperit in eis: z videt predicatōem

per miracula conformari: oia ista simul si
ne oī actu voluntatis causat illud dicta
men q̄ assensus respectu articuloꝝ est i
perandus. Aliter pōt dici q̄ illa ratio
presupponit actū voluntatis nō respec
tu huius p̄plexi q̄ sic est dictandū: sed ac
tum quo iperat assensus respectu talium
cōplexoꝝ ista sunt vera miracula: iste p̄
dicans est verax hō rē. Ex quibus sta
tim causatur assensus respectu huius
p̄plexi assensus respectu articuloꝝ est
iperandus. sed actus voluntatis quo i
perat primū actū credendi in toto pro
cessu nō est nec pōt esse intrinsece virtu
osus. quia nō presupponit rectā ratiōem
z si dicat si nesciens soluere rōnes adhe
reret necessario hoc eēt p̄pter euidētiā
illoꝝ articuloꝝ vel p̄pter euidētiā illo
rum cōplexoꝝ. ex quibus infert illos ar
ticulos. z siue sic siue sic. semp̄ h̄z noticiā
euidētē de articulis. Respondeo q̄
adheret necessario nō p̄pter euidētiā il
loꝝ articuloꝝ: nec aliquoꝝ ex quib⁹ se
quitur sed p̄pter ignorantia. quia nescit
argumenta soluere. sicut aliquis necessa
rio adheret falsis p̄clusionibus. quia ne
scit soluere argumenta in cōtrariū. non
tamen euidēter adheret. Ad 2^m du
biū dico q̄ i^o actus assenciendi est veri
dicus z est ip̄a certitudo q̄ nō p̄suppōit
aliā certitudinē euidētē ex q̄ euidēt se
quit. S̄z aliqñ presupponit ignorantia
p̄pter quā nescit argumenta soluere. ali
quando presupponit dictamen volunta
rie iperatū. sicut dictū est. Nec est simile
de actu opinādi quia ille nō est natus cā
ri per iperatū voluntatis. Ad aliud di
co q̄ homo predicat reuelatōem z mi
racula: nō quia causant assensum euidē
tem. sed quia aliquando causant actus
fidei. puta in fidelī. Aliquando augent fi

dem prius acquistam. Dona autem nō
sunt nata. causare actum credendi. sed
potius actum amandū. Ad vltimum
dico q̄ in tali casu deus qui nunq̄ dese
rit creaturam rationalem sine auxiliis
oportunis: inspiraret sibi cuius predica
tio esset vera. Aliter neutri tenetur
credere. Ad principale dico q̄ audi
ens predicationem z videns miracula
intensiozem actum credendi acquirit q̄
ille qui solum audit predicationes sine
visione miraculoꝝ.

Questio .vii.

Trum suppositum humanū
possit assumi a verbo. q̄ non
quia hec est impossibilis sup
positum humanum est assumptum er
go. Contra. natura singularis est sup
positum eadem natura singularis potest
assumi ergo. Dic primo videndum est
quid sit suppositum. Secundo ad que
stionem. Circa primum dico q̄ supposi
tum est ens completum incōicabile per
idempritatē nulli natum inherere z a
nullo sustentatū. Der primū sc̄z ens cō
pletū. excludit oīs pars tam eēntialis. q̄
integralis. q̄ neutra ē ens p̄pletū. Der
2^m excludit eēntia dina. q̄ lz sit ens cō
pletū. q̄ tñ est p̄municabilis p̄sonis diu
nis per ydēptitatē. id nō est sup^m q̄ sup
positū est incōicabile p̄ idēptitatē. Der
3^m excludit oē accēs siue inhereat siue
nō inhereat. Der quartū excludit na
tura a verbo assumpta q̄ ab ip̄o susten
tat. Ex istis p̄z q̄ eadē natura numero
pōt eē sup^m puta qñ nō est sustentata:
z post nō est sup^m. puta qñ est sustenta
ta. Exemplum est si natura huma
na assumat q̄ p̄ aliq̄d t̄ps ante assumptio
nē fuisset per se ex̄ns. Similiter eadē

pars hoīs vel aeris. pri^o nō est suppositum. quando est pars: et postea est suppositū qm̄ nō est pars. et similiter eadem natura numero est p^m sup^m quādo nō est pars integralis. et postea quādo ē pars integralis nō est suppositū. Exemplū si aliqua pars hoīs vel aeris separaretur a toto pri^o erat pars et p^o sequens n̄ sup^m et p^o ē sup^m qz nō est pars cū sit separata a toto et existat per se: similiter aliqua nō sit pars: et postea sit pars puta quando aīal augetur tūc alimentūz quod p^o nō erat pars: post fit pars aīalis: et per sequens prius erat suppositū: et p^o non est sup^m. Ad 2^m dico qz sup^m pōt assumi a verbo. quia hec natura humana pōt assumi a verbo et hec natura ē suppositū ergo et cetera sequentia p^o per syllogismū expositiū. 3^o dico qz hec est impossibilis suppositū humanū ē assumptū a verbo. qz quādo ppō in q̄ subicit diffi^o est impossibilis illa i q̄ subicitur diffinitū est impossibilis. sed hec est impossibilis ens cōpletū zc est assumptū. ergo hec est impossibilis sup^m est assumptum. Si dicatur suppositū pōt assumi p te: ponatur ergo inesse: tūc ista erit possibilis: suppositū est assumptū. Dico qz illa de possibili in sensu diuiso vel equiualeus illi nō debet poni inesse. pprie loquendo. sed i sensu cōposito pprie d^o poni inesse: sicut ista possibile est hoīem esse nigrū. pōt poni inesse dicendo hec ē possibilis hō est niger. vbi est idē predicatū et idē subiectū quod fuit in ppositione de possibili. Improprie tamen pōt poni inesse ponendo p nomen demonstrans illud p quo subiectū supponit loco subiecti ppositionis de possibili: sic dicendo: hec natura est assumpta et hec est bene possibilis. Nūc autē hec pposi-

tio suppositū humanū pōt assumi a verbo exprimit sensum diuisiōis hui^o suppositū humanū esse assumptū a verbo ē possibile: et ideo ista de possibili suppositum humanū pōt assumi a verbo v^o nō debet sic poni inesse. hec natura hūana est assumpta a verbo. et hec est possibilis. Exemplū hui^o est. quia hec ppositio. album pōt esse nigrū nō debet poni sic inesse album est nigrū. quia hec est impossibilis sed sic: h^o est nigrū demonstrato illo pro quo supponit album. Cōtra ista. pbo qz suppositū humanū sit assumptū pri^o. quia qm̄ aliqua supponit oīno p eodez impossibile est qz de vno verificetur eē assumptū. et de alio nō. sed ita se habent natura et sup^m quia sunt oīno idē. ergo impossibile qz hec sit vera. hec natura ē assumpta nisi hec sit vera. sup^m humanū est assumptū. Similiter hec natura humana. et iste hō sunt oīno idē. ergo si hec natura sit assumpta. iste hō erit assumptus et dependet: quod falsum est: qz nec homo qui est deus dependet nec alius homo. 3^o Deterere aut ista natura hūana est in potentia neutra ad dependendū et n̄ dependendū ad suppositū extrinsecum: et tūc nō plus p naturā cōueniret sibi nō dependere q̄ dependere. aut nō est in potentia neutra: sed magis determinatur ad nō dependendū: et sic tūc dependendo a verbo violētaretur. Itē per te qm̄ quodlibet aliquoz puenit alicui contingenter: illud per potentiā diuinā pōt simul esse sine oībus illis: sed dependere ad suppositū extrinsecū et esse suppositū conueniūt nature humane contingēter ergo pōt deus facere hanc naturā. ita qz nec sit suppositū in se: nec dependeat ad suppositū extrinsecū. 3^o Deterere eodem modo puenit nature humane qz sit

ingularis. et quod sit suppositum. quia posita
sola natura verum est dicere quod est singu-
laris. ergo sicut contradictio est quod natu-
ra sit. et non sit singularis: ita contradictio
est quod natura sit: et quod non sit sup^m. et per con-
sequens repugnat sibi dependere ad sup-
positum extrinsecum. **¶** Preterea posse esse
in alio sicut pars integralis non impedit ali-
quid esse sup^m per te. ergo nec posse esse in
alio sicut pars essentialis. quia dum est pars
integralis non plus est suppositum quam dum
est pars essentialis. **¶** Ad primum d^o. quod
illud ar^m si debeat apparentiam habere
deus sic formari quoniam duo termini supponunt
omnino pro eodem vel significant omnino idem. si
propositio in qua ponitur unus terminus sit vera
vel possibilis: propositio in qua ponitur alius ter-
minus erit vera vel possibilis. sed hec
natura humana. et hoc sup^m supponunt
omnino pro eodem vel significant omnino idem si hec
ergo sit vera h^o n^o est assumpta. hec erit vera
hoc sup^m est assumptum. Nam sic arguendo
quod aliqua supponunt omnino pro eodem t^o.
hec est falsa. quia termini significantes
sunt realiter distincti. Et si terminus esset
assumptibilis: posset unus assumi et alius
non. Et ideo accipiendo illud ar^m in for-
ma predicta. Dico primo quod maior est fal-
sa. nisi illi termini habeant eandem diffini-
tionem exprimentem quid nominis. sicut est de
nominibus synonymis. Quoniam autem habent diuer-
sas diffinitiones tunc est falsa. scilicet ri-
sibile et homo supponunt omnino pro eodem. et tamen
hec est vera. homo est animal per se primo. et non
hec risibile est animal per se primo. Similiter
vnum et ens supponunt omnino pro eodem. et ta-
men hec est vera vnum est passio entis. et
hec falsa. ens est passio entis. Et hoc quod
illi termini habent diuersas diffinitio-
nes quid nominis. Ita est in proposito. quia
natura et sup^m habent diuersas diffini-

tionem: propter quam diuersitate hec est pos-
sibilis natura est assumpta. et hec impossi-
bilis sup^m est assumptum. Similiter ad mi-
norē dico quod si loqueris de natura assump-
ta et supposito diuino: certum est quod signifi-
cant diuersa et supponunt pro diuersis. Si
autem loqueris de natura non assumpta:
tunc est vera de facto quod illi termini signi-
ficant idem: sed possunt non significare idem
sine noua institutioe per mutatioem rei. **¶** Du-
ta si natura assumeretur tunc sine omni no-
ua institutione sup^m significaret filium
dei. propter hoc ergo quod isti termini habent
diuersas diffinitiones consurgit veri-
tas vel falsitas propositiois. **¶** Ad aliud quod
dicitur quod hec natura et hic homo sunt idem
Aut loqueris de natura assumpta in il-
lo homine. qui est christus et certum est quod non
sunt idem. Aut de natura non assumpta. et
tunc concedo quod sunt idem. et ultra dico quod
est bona propositio. sed sicut propositio est falsus. ita
et alius. Similiter dico quod est propositio ut nunc
quia alius potest esse verum sine propositioe. Similiter
alius est possibile et propositio impossibile. scilicet quod
aliquis homo sit assumptus. quia licet ho-
mo nunquam potest supponere nisi pro supposito.
Exemplum est hec est propositio ut nunc omnis
homo est sortes. ergo plato est sortes. quod alius
potest esse verum sine propositioe. tamen alius est pos-
sibile posito casu quod nullus alius sit. et
propositio est impossibile. scilicet quod plato sit sor-
tes. **¶** Ad aliud dico quod aliquid potest esse
in potentia neutra ad aliqua. vnum quod non
plus inclinatur natura sua active ad
vnum quam ad aliud et sic natura assumpta
et quecumque alia est in potentia neutra
ad dependendum ad sup^m extrinsecum. vel
non dependendum. quia neutrum conuenit
sibi pro natura sua active. Aliomodo potest
esse in potentia neutra. quia si derelin-
tur nature sue non plus predicatur de eo

vnu q̄ aliud. ⁊ sic natura assumpta nō
 est in po^a nentra. qz si derelinquat na/
 ture sue tunc nō dependebit ad supposi/
 tū extrinsecū: sed tūc nō sequit̄ q̄ violen/
 tatur nisi p̄ naturā suā effectiē faceret se
 nō depēdere sicut gravitas efficit motuz
 deorsum. Ad aliud dico q̄ illud prin/
 cipiū intelligit̄ de p̄ueniētia reali. quan/
 do q̄libet illoz̄ ip̄ortat aliquod reale.
 quō diuerse forme p̄ueniūt materie: ⁊ di/
 uersa accidētia p̄ueniūt subiecto p̄ ifor/
 matōem. Nō aut̄ intelligit̄ q̄n aliq̄ p̄ue/
 niunt alicui p̄ predicatōem. sicut est i p̄/
 posito. qz in talibus illud principiū non
 habet veritatē. Ad aliud dico q̄ ista
 predicata sin^e ⁊ suppositū eodē p̄uenire
 nature humane pōt intelligi dupliciter.
 vel eodē subiecto. vel eadē diffinitione
 Primo^o eodē p̄ueniūt sibi. qz eadē na/
 tura q̄n nō est assumpta est singularis ⁊
 sup^m. Sed nō p̄ueniūt eadē diffinitione
 quia alia est diffinitio singularis ⁊ sup/
 positi p̄pter quā diuersitatē est p̄radic^o
 q̄ aliqua natura sit ⁊ nō sit singularis: ⁊
 nō est contradictio q̄ hec natura sit ⁊ nō
 sit sup^m. quia sup^m ip̄ortat aliquid actu
 vel po^a. q̄ nō ip̄ortat natura nec singu/
 lare. Ad aliud dico. q̄ posse esse in alio
 sicut ps eēntialis ip̄edit aliqd̄ posse dici
 sup^m. qz sup^m est ens p̄pletū existens p̄
 se in genere. Sed ps eēntialis nō est nec
 pōt esse tale ens p̄pletū. pars aut̄ intēg/
 lis lz nō sit ens p̄pletū q̄n ē ps. sic nec tē
 est sup^m m̄ pōt esse ens p̄pletū. qz pōt eē
 p̄ se exis in ḡnē. q̄n est sepata a toto.
 Ad ar^a principalia. pater ex dictis.

Questio. viii.

Trū tres p̄sone possint assu/
 mere eandē naturā n̄mero ar/
 guit̄ q̄ nō. qz nō pōt p̄sonari duplici p̄/

sonalitate creata. g^o nec increata. N̄ns ē
 vey. quia op^m includit p̄dictōem. ⁊ n̄a
 p̄z qz t̄m repugnat vnu sicut aliud. Con/
 tra. hoc nō includit p̄dictōem. g^o pōt fie/
 ri a deo. Ad q̄dem dico q̄ sic. qz nul/
 la cōtradictio apparet q̄ eadē nata n̄e/
 ro vniatur tribus p̄sonis. q̄ p̄bo qz idē
 effect^o pōt depēdere a duob^o efficiētib^o
 ⁊ a duob^o s̄mbus. p̄z de calore qui de/
 pendet a sole ⁊ ab igne. Tū qz idē effec/
 tus pōt p̄seruari a duab^o causis p̄seruā/
 tibus. ⁊ hoc sufficiēter p̄z de luīe q̄ p̄
 conseruari a sole ⁊ a cadela. Tū qz ea/
 dem aīa intellectiua dependet a diuersis
 partibus corporis. Tū qz idē corp^o pu/
 ta lapis pōt sustētari ⁊ portari a diuer/
 sis hoīb^o. g^o tres p̄sone p̄nt eadē naturā
 sustentare. Sed p̄tra arguit̄. qz idē non
 pōt depēdere a duob^o totaliter terminā/
 tibus illā depentiā. Dicit̄ illud nō sup/
 positat aliud totaliter quo circūscripto
 nihilomin^o suppositatur illa natura. s̄z
 supposito q̄ due p̄sone nō suppositēt ni/
 lom̄^o vna suppositabit. Dicit̄ illud
 quod p̄sonat fit p̄so^a ergo q̄ p̄sonatur
 a pluribus p̄sonis fit plures persone. s̄z
 nulla natura creata pōt eē plures p̄sone
 ergo tē. Scdm̄ dubiū vtrū h^o sup/
 posito q̄ tres assumerent eandē natu/
 ram numero: ille tres persone sint vnus
 homo vel tres homines Tertium du/
 bium vtrum talis natura vnitur per v/
 nam v̄nionem vel per tres. Quar/
 tum dubium: vtrum possit natura sup/
 positari a duobus suppositis creatis.

Ad primum argumentum dico. q̄ as/
 sumptum est falsum quia idem potest
 habere duo totaliter terminantia depen/
 tiam suam. Ad secundū dico. q̄ sup/
 positare totaliter dupliciter accipitur.
 vno^o qz precise suppositat. ⁊ sic assumptus

est verū. q̄ illud nō suppositat p̄sci. q̄
 circūscripto. illa nihilomin⁹ suppositat
 Aliter pōt intelligi totaliter supposita/
 re. hoc est sufficienter. et sic nō est verū
 quia filius sufficienter suppositat: et tñ
 circūscripto filio: nihilomin⁹ pōt pat
 suppositare. Ad 3^m dico q̄ p̄sonari
 dupliciter accipitur. vel quia fit p̄sona.
 vel quia sustentatur a p̄sona. Primo
 natura humana nō personatur a v̄bo:
 quia nō fit p̄sona. sed sc̄do quia susten
 tatur a p̄sona. Ad 2^m dico q̄ de vir
 tute sermonis debet concedi q̄ sunt tres
 hoies. tria aīalia. tria corpora. tres s̄bē.
 quia oīa ista concreta supponūt p̄ sup/
 positis. nō pro natura. Ideo sicut sunt
 tria supposita. ita sunt tres hoies. Si
 tñ ex vsu loquentiū concretū supponerz
 pro abstracto quod tñ nō est logice lo/
 cutū tunc deberet dici q̄ nec sunt tres
 hoies. nec vnus homo. sicut nec sūt tres
 humanitates. nec vna humanitas. Ad
 3^m dico q̄ si vnio sit res distincta. tunc
 illa natura vnitur tribus vnionibus. tñ
 quia vnio multiplicatur ad multiplica
 tionē terminōz. Tum quia si vna perso
 na deponeret illā naturā alia existente
 vnita tunc manet vnio ad illā. et alia nō
 est vnita quia deposuit p̄ casum. Ad
 quartū dubiū et ad argumentū principa
 le dico q̄ nō quia includit contradicō
 nem q̄ suppositatur in alio supposito et
 tñ suppositat in supposito p̄prio. patet
 p̄ descriptōem suppositi. Non sic est de
 supposito dīno. quia tñ illa natura nō
 sustentatur in supposito p̄prio.

Questio. ix.

Trum angelus pōt videre
 cogitationes et volitiones no
 stras. q̄ sic. quia obiectū itel/

lectus angeli est ens in cōi et per conse/
 quens ille intellectus pōt in omne ens. er/
 go in actus nostros. Contra. solus deus
 scrutatur corda. Ad quēdē dico. q̄ an
 gelus naturaliter pōt videre cogitatōes
 et volitiones nostras. quod p̄bo. quia q̄
 cunqz natura pōt habere noticiā intuiti
 nam alicuius subiecti pōt habere noti/
 ciā intuitiua cuiuslibet accētis eius qd̄
 natū est esse obiectū illius potentie. sed
 angelus pōt videre intellectū nostrū. er
 go cogitationes eius. Preterea obie
 cto sufficienter approximato potentie si
 ip̄edimentū nō sit: pōt sequi noticiā: sed
 predicti actus nostri possunt sufficientē
 approximari intellectui angelico. et non
 est ip̄edimentū supposita generali dīni
 influenza: ergo et c. Preterea si hoc
 nō pōt aut h̄ ē. quia nō est obiectū talis
 potentie. aut quia est obiectū voluntari
 um. aut quia est ip̄editum obiectum aut
 potentia. p^m nō pōt dari. quia omne ens
 citra deū est obiectū naturale illius po/
 tentie. Nec 2^m quia cogitatio est quidā
 effectus naturalis et nō liber. Nec 3^m.
 quia nullū ip̄edimentum pōt assignari.
 Preterea angelus pōt naturaliter vi
 dere accidentia substantie corporalis. ergo
 m̄ro magis accidentia subē spūalis. Se
 cundo dico q̄ de facto nō videt. et hoc
 dicit scriptura. nisi quando deus vult. et
 hoc pōt esse. quia deus non vult coage
 re active cum intellectu suo ad causan
 dum illā visionē. Sed hic sunt dubia pri
 mū. quia videtur q̄ corpus medians in
 ter cogitationem et angelū. sit obstaculū
 sicut est in nobis. Secundū dubiū est
 vtrum angelus videns intuitive cogita
 tionē nostrā ex hoc videat intuitive ob/
 iectū terminās illā cogitatōem Ad p^m
 dico. q̄ obstaculū corporale non ip̄edit

4
sicut nec inter pō muri ipedit vnū ange^m
videre aliū. **Prima** p^m adhuc p^obo
quia oē ac^m respectu vnus passi est ac
tūū respectu cuiusq; passi eiusdē rōnis.
sed vna intellectio angeli pōt esse causa
z obiectū alterius intellectōis eiusdē an
geli. patet de actu recto z reflexo. ergo
eadē rōne pōt cogitatio nostra causare
visionē in angelo per modū obiecti. **Ad**
2^m dico q^d nō videt intuitiue obiectum
terminans quia intellectus tam angeli
cū q^d humanus pōt intuitiue cognosce
re intellec^m abstractiua rei. non exi^{tis}
imo rei ānihilate. ergo si ex h^o q^d angel^o
videt cogitatōes nostras videt obiecta
eoz sequitur q^d naturaliter videret res
nō existētes. Cognoscit tamen cogita
tionū obiecta abstractiue per discursum
ab effectu ad causam q^d admodū per fu
mū cognoscimus ignē vel cognoscit ob
iectū per modū recordationis sicut co
gnoscit res per suā ymaginē. z isti duo
modi cognoscendi presupponunt cogni
tionē obiecti in sua essentia z natura p
pria. **Aliter** pōt obiectū cognosci in ali
quo cōceptu cōi. sicut dictū est in primo
quolibet de locutione angeloz. **Ad**
principale patet ex dictis.

Questio. x.

Trum deus pōt facere motū
instanti. q^d sic. quia oīs res pōt
eē in instanti. sed motus ē res

Cōtra. quia includit cōtradictionez
ergo deus nō pōt facere. **Respōdeo**
q^d ista qō pōt habere duplicē intellectū
vn^o est q^d motus sit aliqua res totaliter
distincta ab oibus rebus pmanētib^o ita
q^d hoc nomen motus significet illā rem:
vnōmō significādi sicut hoc nomen ho
mo vel aial z tunc pōt questio querere

Vtrū motus sic acceptus pōt eē in instanti
per potentiam diuinā **Alius** intellectus
est q^d hoc nomē motus ponat loco hui^o
verbi moueri vt sit idē querere. **Trum**
deus pōt facere aliquid moueri in instā
ti. **Si** primo^o intelligatur qō. dicendū ē.
q^d deus pōt facere motū in instanti. quia
oēm rem siue sit simplex siue cōposita pōt
deus facere in instanti: sed fm illū modū
intelligendi motus est quedam res zc.
Itē quis deus nō posset pseruare vnā
rem cum alia re sibi contraria in eodem
subiecto pōt tū pseruare oēm rem cum
alia re in rez natura. vel in eodē subiec
to: vel alibi: ergo si motus eēt talis: res
distincta ab oibus rebus pmanētibus
posset deus cōseruare vnā partē motus
cum alia parte in rez natura **Et** per cō
sequens posset deus cōseruare totā istā
rem que est motus in instanti. z ita mo
tus posset eē in instanti. **Si** autē qō in
telligatur. **2^o** dico q^d deus nō pōt face
re motū in instanti. **Cuius** rō est. quia
deus nō pōt facere q^d aliquid moueatur
in instanti. pbatur. quia ipossibile est q^d
aliquid moueatur. quin p^otradict^o si for
mentur per intellectū verificētur: s^z de^o
nō pōt facere quecūq; cōtradictō^a veri
ficari in instanti: ergo assumptū p^oz. q^d si
aliquid moueatur ipm est vbi prius nō
fuit. vel habet aliquid quod prius non
habuit: vel nō habet aliquid quod pri^o
habuit z per psequens in quacūq; mesu
ra motus sit: in eadē verificabūtur i^a cō
tradictoria. mobile habet aliquid: mo
bile nō habet illud que prius fuit vera.
z hec copulatiua erit vera in eadē men
sura **Quin** patet. quia in instanti non
est prius neq; posterius. ergo illa p^otra
dictoria nō possunt esse vera in instanti.
Si dicat hec est vera in instanti. motus
b

est sine ista aliquid mouet. ergo iste motus est in instanti. Rñ ideo psequētia nō valet. sicut nec ista psequētia valet. hec est vera in hoc instanti cesar fuit: ergo cesar est in hoc instanti sicut nō squitur hec copulativa est vera in hoc instanti cesar fuit: et nō est. ergo cesar est et non ē in hoc instanti: ita nec ibi cuius rō est: qz ista ppō aliquid mouet in hoc instā/ ti. equiualeat vni copulatiue tali: h° mobile fuit in hoc loco: in hoc instanti. et nō est in hoc loco in hoc instanti. Similiter hec ppō aliquid mouet equiualeat vni copulatiue tali aliquid mobile cōtinue ē i diuersis locis. et nō cōtinue in eodem loco vel equiualeat huic co° aliquid hz p̄tinue aliud et aliud: et nō semp idē q̄ copulatiua hz sit vera in hoc instanti nō tū p hoc instāti. et si dicat hec est vera i h° instanti motus est. ergo hec est vera motus est in hoc instāti. Antecedēs est verū ergo et psequens. Rñ ideo q̄ psequētia si valet. qz pl° denotat per p̄ns q̄ p̄ añs Nam p̄ añs denotatur solū q̄ hec ppō est vera in instanti. motus est. Et hec si/ militer aliquid mouet. et hoc est verum quia in hoc instanti mobile est vbi pri° nō fuit vel habet aliquid quod pri° nō habuit. Sed per psequens denotatur q̄ aliquid mouetur in instanti et importat successionē in instanti. ita q̄ in hoc instāti est in multis locis successive in quib° prius nō fuit. Ad argumēta p̄ncipi/ palia patet ex dictis.

Questio. xi.

Trum filia° xp̄i ad btām vir ginē sit. alia res ab oī re abso/ luta. q̄ sic. quia oīs relatio est alia res ab oī re ab. g° et filia°. Cōtra

si sic. illa filia° habuit aliquod subiectū sed neqz corpus neqz animā. quia neqz corp° xp̄i fuit filiatio nec anima fuit filiatio. Ad qōem dico q̄ idē est iudī ciū quantū ad hoc de filiatione xp̄i ad beatā virginē. et de aliis filiationib°. Et ideo dico primo vlr q̄ nulla filiatio est alia res a rebus absolutis. Quod p̄bo Primo sic. oēm rem distinctā loco et sub iecto. pōt deus conseruare sine alia re di/ sticta loco et subiecto. sed filiatio si sit ta/ lis res parua alia a permanentibus di/ stinguatur loco et subiecto a paternitate ergo potest deus filiationem conserua/ re sine paternitate. Preterea minus dependet ista res que nec est causa: nec effectus ab alia: q̄ effectus dependet a sua causa. sed deus potest facere effectū sine sua causa. ergo 1° deus potest facere rem sine sua causa. 2° ergo mltō fortius pōt facere sine illo q̄ non est ei° causa Si dicat q̄ iste rōnes procedūt de re absoluta. Contra. eadē facilita/ te dicam sic de albedine. imo ita de quo cunqz accidente respectu sui subiecti. Preterea si filiatio sit illa res aut est ac cidens diuisibile aut indiuisibile. Non diuisibile. quia diuisio subiecti pars filia/ tionis destrueretur. et ita vna pars filia/ tionis esset in pede et alia in manu. Et p̄ psequens pes vere esset filius. quia es/ sent partes eiusdem rōnis cum tota fi/ liatione et per consequens consimilit de/ nominarent suum subiectum sicut tota filiatio. Sicut etiam pars albedinis de nominat eodem modo: sicut tota albedo Si sit accidens indiuisibile. Contra: tūc esset tota in toto. et tota in qualibet par/ te. et redit idem argumentum quod pes erit filius. Preterea sicut filiatio est in homine: ita est in brutis puta in asino.

91
sed in alio nullū est accidens indiuisibi-
le quod denominat subiectum. puta ani-
mum. ergo nec in homine est tale accidens.
Propterea quedam animalia sunt diui-
sibilia in plures partes: quarum quilibet ē
animal. patet de anguilla et animalibus a-
nullosis. ergo in talibus utraque pars ē fi-
lius et per consequens generatur ibi no-
ua filiatio per solam diuisionem vel prece-
dens filiatio in duobus subiectis primis
esset. Propterea omnem rem quam deus
preseruat sine alia re potuit producere et no-
no ita si illa alia res nunquam fuerit. sed
si filiatio sit alia res a filio illam conser-
uat deus sine generatione passiva. quia
illa est preterita. ergo potuit deus illam
filiationem producere si nunquam fuisset ge-
neratio illa. et sic potest aliquid esse filius
alicuius. qui nunquam genuit illum. nec ipse
fuit genitus. Propterea pono quod deus
de nihilo creet unum hominem post quem vo-
lo creet aliquos homines. et post volo
quod alii homines generentur. tunc arguo sic.
qualis res est in aliquo istorum hominum
talem potest deus de potentia sua abso-
luta creare in isto homine creato ab eo
et per consequens si filiatio sit alia res:
potest deus filiationem creare in isto ho-
mine creato ante omnes alios: et per con-
sequens ille erit filius et non nisi alicuius
et tamen cum quilibet aliorum sit iuni-
or eo per casum iste homo non erit filius
quod includit contradictionem. 11^o di-
co quod filiatio christi non est distincta ab al-
iis: quia si sic posset deus consimilem po-
nere in alio homine eiusdem rationis cum
filiatione christi. Et ita posset pone-
re in matre vel in patre beate virginis et es-
set filius beate virginis. Si dicat si
filiatio non sit alia res ab absolute nec-
cessario ponitur filiatio postis absolu-

lis: et ita si christus et beata virgo fuisset
creati a deo. adhuc christus fuisset eius fili-
us. Dicendum quod prima consequen-
tia non valet sicut non sequitur curui-
tas linee non dicit aliam rem a linea er-
go posita linea illa erit curva. quia po-
test successive dici recta et curva propter
solum motum localem partium. Si-
militer creatio non dicit aliam rem a
deo et creatura: et tamen posita creatura
non semper ponitur creatio quia deno-
minatio variatur per solem transitionem
temporis. Ita est in proposito quod filia-
tio non dicit aliam rem. tamen est talis denomi-
natio quando filius ponitur post patrem
mediantibus motibus localibus et alte-
rationibus naturalibus sine miraculo.
Quando autem ponitur filius miracu-
lose tunc non est talis denominatio.
Ad principalia argumenta patet ex
dictis.

Questio. xii.

Primum predicatio analogica
distinguitur a predicatione
vniuoca et equiuoca. quod sit. quod
secundum philosophum quarto metha-
phisice sanum predicatur de animali et
vniuoca. et non vniuoce neque equiuoce
denominatiue. ergo etc. Contra. in
dicamentis non ponit nisi predicationes
vniuocam equiuocam et denominati-
uam ergo etc. Ad questionem dico.
quod equiuocum est duplex scilicet a casu
et a consilio. Equiuocum a casu est:
quod significat plura eque. primo plu-
ribus impositionibus: et mediantibus
liberis preceptibus. Et ita imponit vniu-
ac si non imponeret alii: sic habet nomen fortes
h 2

si sit pluribus ipostitū. Equiuocū a cō
silio est q̄ iponitur pluribus ipostitiōib⁹
ad significandū plura mediātib⁹ plu/
rib⁹ cōceptionib⁹. Et nō iponit vni
nisi quia prius iponitur alteri. Et h⁹ p̄
pter aliquā similitudinē inter illa duoyl
plura. Exemplum de animali ad ani
mal viuū z pictū imponitur enim
animali picto qz prius iponebat̄ aialivi
uo. z hoc ppter similitudinē inter illa.
Et fm hoc est duplex predicatio equi/
uoca. s. a casu z a consilio. Hoc sup̄
dico ad qōem. Accipiendo equiuocū ge
neraliter fm q̄ includit equiuocum
a casu z a consilio sic nō est predicatio
analogā me^a inter predicatōem vniuocā
quiuocā z denoiā^m hoc pbo. qz oīs
predicatio vel est in conceptu. vel i vo
ce vel in scripto. sed in conceptu nō est a
liqua predicatio analogā. Quia aut p̄
dicatur vnus cōceptus de alio concep
tu. Aut plures conceptus de vnoyl plu
res de pluribus. Si vnus de vno. z vt
qz sit simplex z p̄prius aicūi singulari.
tūc ē p̄dic^o discre^a. Nec vni^a n^o equuoca
Nec denoiatiua p̄prie loquēdo qz p̄bi.
z auctores tractādo de hmōi predica
tionib⁹ loquebātur solū de predicatio
ne termini cōis. Si aut vterqz cōcept⁹
vel saltē prius sit conceptus cōis tunc ē
p̄dicatio vniuocā. qz oēs tales predica
tionē vocāt vniuocā. Si aut plures cō
ceptus de vno: tunc aut vn⁹ p̄cept⁹ na
tus est determinare reliquū. aut sunt cō
ceptus repugnātes aut iptinētes. Si pri
momodo: sicut hic sortes est homo al
bus sic est composita ex vniuoco z de
nominatiuo: quia homo predicatur vni
uoce. z albu denominatiue. Si secundo
modo vel 3^o tunc vel propō non erit in
telligibilis. vt hic sortes est homo asi^o.

yl'erunt plures ppōes. vt sortes est grā
maticus albus. vel sortes est homo ani
mel. Et oēs isti conceptus vel predicant̄
vniuoce vel denominatiue. R^o dico. qz
predicatio analogā non est distincta ab
vniuoca. equiuoca z denoiatiua in vo
ce. nec in scripto. quia eadē rō est de ill:
quia quero aut in voce: aut in scripto
predicatur vnus terminus de vno solo:
aut de pluribus. Si de vno sicut nomen
p̄p̄riū vel terminus discretus: est predi
catio discreta que nec est vniuoca nec
equiuoca nec denoiatiua nec analogā.
quia de tali nō est dubiū. Si aut predi
catū in voce predicatur de pluribus si
cut terminus cōis tūc at̄ illud predica
tum accipitur significatiue. aut nō. Si si
nihil ad p̄positum. quia sic nō intelligit̄
questio. Si sic. aut significat illa p̄ qui
bus supponit vna ipōne z mediante v
no conceptu: z tunc est predicatio vni
uoca: sicut hic homo est aial. aut pluri
bus ipositionib⁹ z mediantibus pluri
bus cōceptib⁹: tunc est equiuoca: sicut
hic animal latrabile est canis z eodē mō
per oīa arguo de predicatione in scripto
Tertio dico qz accipiendo predica
tionē equiuocā: pro equiuoco a casu: z
predicationem analogā. quando predi
catur equiuocum a consilio: sic predica^o
analogā est media inter vniuocam equi
uocam. z denominatiuam. Sic enim sa
num predicatur analogice de animali.
vrina z dieta. quia nec predicatur equi
uoce a casu. nec vniuocē nec denomina
tiue. sed equiuoce a consilio. Similiter
animal predicatur analogice de animali
viuo z picto. Sed contra fm p̄m p^o
posteriorū si passio sit analogā: medium
erit analogum. sed subie^m passio z me^m
vniformiter se habent ad analogum et

91
subiectum alicuius scientie est analogū
ergo zc. Preterea quarto me^e ens
non dicitur equiuoce: nec uniuoce: sed
medio mō analogice. Et ponit exemplū
de sano quod dicitur de animali vrina
z dieta. Preterea ens dicitur de deo
et creatura de substantia z accñte. z non
uniuoce nec equiuoce: ergo zc. Pro
istis z aliis distinguo de uniuoco. quia
aliquando accipitur stricte. quando scz
subiectū z predicatū significant illa pro
quibus supponunt vnica impositione z
mediante vno conceptu z vno mō signi-
ficandi logicali z grāmicali: z sic oīs
predicatio uniuoca est predicatio in qd
Sic em̄ aīal predicat uniuoce de hoīe:
z asino. z in quid. qz sic animal significat
oīa sua significata vna ipositione z me-
diante vno conceptu z oīa significat eq̄
primo z nō vnū in rcō z aliud in obliq̄
Non vnū principaliter: z aliud cogno-
tando. Et ita per oīa eque principaliter
significat hō oīa sua significata z asinus
sfr̄ z ideo est pdicatio uniuoca in quid
Aliqñ aut uniuocū accipit large. qñ scz
subiectū z predicatū significant illa pro
quibus supponunt vnica impositione
mediante vno conceptu. siue vno modo
significandi siue diverso: z sic predicatio
uniuoca non solum est predicatio in qd
sed etiam denominatiua. Sic enim pre-
dicatur album uniuoce de homīe et asi-
no quia album significat oīa sua signifi-
cata vnica impōne. z mediante vno cō-
ceptu: sed non significat eodem mō signi-
ficandi logicali. qz vnū significat in rcō
puta asinū z aliud i obliquo puta albe-
dinē homo autē z asinus. significant
sua significata omīa in rcō. ideo illa pre-
dicatio est uniuoca large capiēdo. nō
in quid Ita etiaz ens predicatur de ho-

mine z asino uniuoce. large loquēdo:
quia licet ens z homo omīa sua signifi-
cata significant eodem mō significandi grā-
maticali z logicali nō tñ albū. Hoc
supposito dico qz pht. primo p^o z quar-
to meta^e vocat predi^m analogam predi-
catōem equiuocam a consilio. Sic enī
fm̄ eum ens predicatur analogice de. x.
predicamentis. quia nec pure uniuoce:
nec pure equiuoce a casu: sed mediomō
quia equiuoce a consilio z hoc quia ta-
lis fuit vsus loquendi tempore suo in lī-
gua: greca. qz ens significabat subām et
alia predicamenta pluribus ipoibus et
mediantibus pluribus conceptionibus
Et primo significabat subām. Ita qz si
prius non significasset subām: post non
fuisset impositum ad significandum ac^o
sicut patet in exemplo. Nam sanum in
nostro vsu vna impositione z vno con-
ceptu significat primo sanitatem aīalis
z aliis impositionibus z aliis conceptio-
nibus secundario significat dietam z vri-
nam. vnum quia efficit sanitatē aīalis.
z aliud quia est signū sanitatis aīalis. et
nō significat dietā z vrinā nisi quia prius
significat sanitatem aīalis. z 2^m istū mo-
dum loquendi debet dici qz subā est ens
pprie loquendo: z accñ^o nō sunt entia:
sed dispositiones siue effectus entis. qđ
pprie est subā sicut aīal pprie dicitur
sanum: sed vrina non pprie est sana sed
est signū sanitatis. Nec dieta est pprie
sana. sed causat sanitatē. z hoc mō etiaz
nos vtimur hoc noīe subā. Nam dicit̄
qz subiectū accñ^m est subā. ita dicimus
qz oīs q̄ntitas est subā. z hoc nō uniuoce
nec equiuoce a casu. sed a consilio mo-
do predicto. Ad aliud dico qz licet se-
cundū intentōem pht. ens dicat̄ equiuo-
ce a consilio de deo z creatura: de subā:

z accñ. Non tamen fm vsum nostrū lo-
quendi. quia vt nos vtimur hoc nomie
ens significat omnia sua significata vna
impositione z mediante vno pceptu et
vno mō significandi. quia oīa entia signi-
ficat in rē. Ideo dico q̄ ens predicat
vniuoce de deo z creatura de subā z q̄li-
tate. Et in quid. z hoc stricte loquendo
de predicatione quia oīa ista noīa ens
deus subā. creata: qualitas significant
sua significata vna impositione median-
te vno conceptu z eodem mō significan-
di. Eodem mō predicatur vniuoce stric-
te loquendo de subā z quantitate rela-
tione z de oībus aliis predicamentis ab-
solutis z respectiuis. si importent tales
paruas res distinctas a rebus absolutis
sicut hoīes ymaginantur cōiter. Si autē
nō importent tales paruas res vno mō
significandi. sed significant aliud in rē z
aliquid in obliquo: tunc fm veritatem
ens predicatur de eis vniuoce large su-
mendo sed non in quid: quia nō signifi-
cant oīa sua significata vno mō signifi-
candi. De substantia autē z aliqui-
bus quātitatibus predicatur solū equi-
uoce a consilio. puta de numero: z hoc
quia numerus importat plura. z plura-
li numero nūero s̄c duo z tria. Nūc au-
tem nihil predicatur vniuoce de singu-
lari z plurali pluraliter sumpto. Nam
quīs hic sic predicatio vniuoce: homo
est aīal. non tamen hic hoīes sunt aīal. s̄z
est falsa. hec autē est vera. homines sunt
aīalia. sed tunc predicatur alius termi-
nus tam in voce q̄ in conceptu q̄ etiam
in scripto. Et ille terminus nō predica-
tur de singulari. nā vnus terminus nō p̄-
dicatur vniuoce de singulari z plurali.
Ad principalia patet ex dictis.

Questio. xiii.

Trū xps eris in eucharistia
pōt videre alia. z videri ab a-
liis. q̄ nō. quia omē q̄ videt
sub pyramide videtur cuius conus est
in oculo z basis in're visa scōm auctore
pspectiue. hoc autē nō pōt cōpetere. nec
rei habenti modū quantitatiuū. quales
modū nō habet xps in eucharistia ergo.
Cōtra: oīs effectus sufficienter depē-
det ex suis causis essentialibus sed mo-
dus q̄titatiuis nō est causa essentialis
visionis alicuius albedinis. 5^o destruc-
to mō quantitatiuo. adhuc albedo pōt
videri. 5^o Ad q̄dem d^o p^o q̄ suppo^o
illa que sunt fidei: nō pōt p̄bari sufficiē-
ter quin xps in eucharistia possit vide-
re alia z videri ab aliis. z hoc dico ocu-
lo corporali. q̄ p̄bo. Non minus potest
aliquid principū actiuū habere actōez
quando se toto est p̄ns alicui toti pas-
so. z cuilibet parti q̄ quando per vnaz
partem est p̄ns vni parti patientis: z p̄
aliam ptem est p̄ns alteri parti. sed cor-
pus xpi est hostia. z oīa accidentia sua:
corporalia se toto est p̄ns tali hostie. et
cuilibet parti hostie ergo eodem mō potest
esse p̄m actiuū z passiuū respectu visio-
nis sicut si vna pars cuius coexisteret
vni parti hostie: z alia pars coexisteret
alteri parti. maiōz patet: Nam si albedo
in pariete coexisteret tota toti parieti: z
ita cuilibet parti parietis: nō minus vi-
deretur tūc q̄ tunc hoc etiā patet: quia
in aīa intellect^a est to^a in to^o z to^a in q̄li-
bet parte corporis. Et 2^m Aug^m p̄ de
tri. ipa agit ī corp^o transmutando z al-
terando z causando sanitatem z infir-
mitatē z multas qualitates corporales

ergo eodemō pōt color agere in corpore
quīs nō sit circumscrip̄tue in loco.

Præterea agente sufficienter appro-
ximato passo disposito et non impedito:
nec sequitur ac^o vel sequi potest: s; ac-
cū^a corporis et potentie vi^e hoīm circū-
stantium sunt huiusmōi. ergo si nō im-
pediantur pōt sequi visio. Præterea si
non possunt. hoc nō est nisi quia agens
et patiens corporale ad hoc q; agant ac-
tione corporali necō sunt in loco circun-
scriptive et quantitative: sed hoc non re-
quiritur. Quod p̄bo. quia fm auic. si ca-
lor esset separatus ab oī subiecto. adh^c
posset habere oēm actōem quā pōt ha-
bere in subiecto. sed tunc non esset ne-
cessario in loco circumscrip̄tue sed diffi-
nitue tantū. Præterea idē potest a-
gere in se nō solum actione spūali. sicut
est de intellectu et voluntate sed etiam
actione corporali. sicut patet de aqua ca-
lida sue nature derelicta que naturalit̄
causat in se frigus. Et hoc ar^o agens
corporale et patiens possunt agere et pa-
ti quīs non distent localiter sicut patet
quando idē agit in se. ergo agens corpo-
rale pōt agere: quīs non sit in loco cir-
cumscrip̄tue. Ans est v^m g^o et p̄ns p̄a p̄z
quia eadem ratio videtur esse vtrōbīq;

Præterea actū naturale respiciens
diversa passa sibi approximata sufficiē-
ter et eque distincta si pōt agere in vnu;
et in reliquum. sed color corporis christi
pōt intuitue videri ab angelo bono: er-
go idem color pōt videri a visu corporali
si nō impediatur: sed modus quantitati-
uus nō pōt plus impedire visionem cor-
poralem q̄ visionē angeli. Præterea
modus accidentalis alicuius principii
actiui nō impedit actōem et passionem
illius sed esse circumscrip̄tue in loco est

modus accidentalis corporis. g^o. 2c. Ideo
dico q; xps exns in eucharistia posset vi-
dere oculo corporali illa que fuit in al-
tari. Et videri ab aliis visione corporali
nisi eēt impedimentū spāle. Itē dico q;
xps in eucharistia pōt naturaliter vide-
re visione intellectuali illa que fuit in al-
tari et p̄similivisione posset videri ab ho-
minib⁹ circūstātib⁹ nisi eēt spāle ipedi-
mentū. q; p̄z. tū quia pōito ac^o sufficien-
ti et passivo pōt sequi ac^o sicut supra dī-
ctū est. Nec est ista p̄pō negāda: q; ra-
tio non apparz. et tra nec auctoritas scri-
pture nec experiētia p̄cludit. q; deus ibī
suspendit actōem qua^m ne agant. Tum
q; nō repugnat intelle^m pati ab obiecto
hñte modū quāti^m sicut patet de intelle-
ctu meo vidente albedinē extra: nec etiā
ab obiecto nō hñte modū sicut patz qñ
intelligit se et suā cognitōem. ergo ad h^o
q; naturaliter intelligat: nō refert v^m
hēat modū quantitativū vel nō. Tertio
dico q; de facto corpus xpi et accū^a eius
corporalia nō vident naturaliter ab ho-
mine: licet forte videantur ab angelo.
Sed hoc solum scimus per experiēti-
am. Et causa quare non videntur de
facto est. quia deus non coagit natura-
li influentia illis qualitatibus vt videā-
tur ab homine. Nam si deus coage-
ret illis qualitatibus per generalem in-
fluentiam sicut coagit aliis: tunc de fac-
to naturaliter viderentur sicut alia.
Et ideo videtur q; deus suspendit mi-
raculose illas actōes sic actōez ignis in
camio. Sed vtrū christus videat illa vi-
sione intellectuali vel oculo corporali:
vel non nescio. quia ad hoc non habeo
rationem convincentem nec auctozita-
tem nec experiēciam: sed ipsemet novit
quomō est rationabilius tñ est dicere q;

sic loquendo de facto. quia satis videtur
mirabile & extraneū qd xps sit in eukari
stia: & tñ nō videat vbi sit. Sed hic sunt
dubia quia videtur qd corpus xpi nō p̄t
videri in eukaristia. quia omne visibile
habens ptes distinctas p̄t vna pars di
scerni ab alia. sed in eukaristia non p̄t
caput xpi & pedes discerni. qz ibi est con
fusio p̄tiū. ergo &c. **P**roterea si sic: t̄c
posset eadē rōe calefacere & calefieri ab
igne app̄oximato hostie. qz oīa argu
menta equaliter p̄cludūt vnū sicut aliū
Rm dubiū vtrū xps p̄t videre seipm ī
hostia sicut posset si esset in distinctis lo
cis circūscriptiue. p̄batur qd nō qz inter
videntē & rem visam debet p̄portio di
stantie: sed corpus xpi in vna parte ho
stie non distat a se in alia parte. ergo &c
Ad primū illoꝝ dico qd maior ē diffi
cultas de colore. q̄ de aliis qualitatib⁹
quia color ad hoc qd videatur requirit
certā situationē partiū: qualem non req
rit calor nec alie qualitates. quia taliter
possunt duo colores situari: qd alter non
videbitur. & taliter: qd vterqz videbitur.
Exēplum si ponatur p̄n⁹ albus tenuis
sup corpus rubeū intansum tunc tantū
videbitur rubeū distincte. Si autē ponat
in eodē situ cum corpore rubeo: tunc v
trūqz videbitur distincte maxime. si vnū
distet ab alio. ideo difficile est iudicare
quō colores videntur in corpore christi
& quis videtur & quis non. quia hoc cō
stat nobis p̄ experientiam. Sed quīs
illa situatio colorum in corpore xpi pos
sit se inuicem impedire. ne omēs videan
tur tamen illa diuersa situatio non p̄t
impedire quin aliquis color videatur si
deus non suspenderet acci^om suā. **N**ō
ad argumentū dico qd partes alteri⁹ rō
nis possunt distingui si viderentur. non

autem p̄tēs eiusdem rōnis. exemplū
est in albedine intensa & remissa vbi p/
tes non possunt ab inuicem distingui.
Similiter non possūt distinguere duo
lumina eiusdem rationis in eadem par
te medii: & tamen possunt videri. Nam
plura requiruntur ad noticiam discreti
uam q̄ app̄ehensiuam. **A**d secundū
dico qd conclusio esset concedenda si de⁹
non suspenderet acci^om istarum qualita
tum. miraculose de facto autem non est
ita propter istam suspensionem. **A**d
secundū dubiū dico qd oculus xpi ī
vna parte hostie potest ita bene videre
se in alia parte. sicut posset si esset in di
uersis locis circūscriptiue sed si eēt cir
cūscriptiue in diuersis locis tunc exis
in vno loco possz se videre in alio loco:
ergo & nunc. **A**d probationem dico.
qd sicut idem distat a se quando est in
diuersis locis circūscriptiue distantia
requisita ad visionem. ita idem distat a
se sicut vidit & qñ est in diuersis locis
diffinitiuē distantia suf^e. ad visionē co
poralem sic est in ip̄posito. **A**d prin
cipale dico qd actor perspectiue dicit si
cut vidit. & quia nunqz vidit colozē nisi
extensum. ideo posuit colozem videri se
cundum cursum naturalem s^m figurā
vnius piāmidiscuius conus esset in oculo
& bas. in re visa. Tamen deus potest
facere colozem non extensum: & tunc il
le posset videri non p̄r talem figuram
& hoc dico nisi deus suspendit miracu
lose eius actionem sicut fecit in camino
ignis.

Questio xiiii

Trum anima christi potest
mouere corpus christi in eu
charistia. qd non. quia omē mobile est

corporeale extensum. et circūscriptiue in loco s; corpus xp̄i in eucharistia nō est extensum nec circūscriptiue in loco. 5^o ibi non potest moueri localr. Contra corpus xp̄i in eucharistia mouet ad motum hostie p̄secrate. sed aīa xp̄i pōt mouere hostiam motu pulsionis tractionis vel alicuius talis. 5^o et corpus xp̄i. Ad q̄onem p^o videndum ē de q̄sto. vtrū corpus xp̄i in eucharistia pōt realr et vere moueri. 2^o ad q̄onem. Circa primū dico q̄ corpus xp̄i in eucharistia pōt realr et p se moueri non p accidens. et hoc p̄bo sic. qz qd̄ est in loco p se et non p accidens: potest moueri per se et non per accidens. sed corpus xp̄i sub hostia ē huiusmōi. qz immediate ē p̄ns loco hostie. et per p̄ns est p se in loco hostie. Adre terea d̄s poss; si sibi placeret p̄seruare corpus xp̄i p̄ns eidem loco. destruendo hostiam q̄ est p̄ns loco. qz illa hostia nō inheret corpori xp̄i. immo est totalr extrinseca. sed destructa illa hostia et remanente corpore xp̄i p̄nte loco: est corpus xp̄i immediate et p se p̄ns illi loco. et non p aliqd̄ aliud. 5^o et nunc existente hostia ē corpus xp̄i p se et immediate in loco. qz eodē mō est nūc p̄ns sicut tunc. Et vltra nūc ē p se et immediate in loco. 5^o pōt p se moueri localr q̄ concedo. Circa 2^m dico qz corpus xp̄i sub hostia pōt moueri localiter ab aīa xp̄i. et hoc tam p potentiaz organicā q̄ per potentia vel virtutē nō organicā: nisi impediatur a deo. h^o p̄bo. qz quando aliqua duo sic se habent qz vnum habet modū eēndi conuenientem mobili. et aliud h; modum eēndi conuenientem mouenti: pōt vnum mouere et aliud moueri. sed corpus xp̄i sub hostia habet modū eēndi conuenientē mobili. et aīa xp̄i habet modū eēndi conuenientē

41
mouenti. et hoc tā per potentiam organi-
cam q̄ non organicā. qz modus eēndi q̄
tatiuus vel nō q̄tatiuus non impedit
hoc. 5^o aīa xp̄i potest mouere corpus xp̄i
sub hostia per vtrāqz potentiam. Ideo
cōcedo qz anima xp̄i potest velle efficaci-
ter corpus xp̄i moueri ad motum hostie
et sic potest saltim partialr mouere. Si-
militer pōt potentia executiua organica
exequi imperium voluntatis et sic actu-
atur mouere. Sed hic sunt dubia.
Primū est que est potentia organica et
non organica per quas aīa mouet cor-
pus xp̄i. Scdm̄ dubiū est. qz videtur
qz corpus xp̄i sub hostia mouetur a so-
lo deo. qz qñ aliqua duo precise coniun-
guntur per actū voluntatis contingen-
ter se habentis ad illam cōiunctionem: si
vnum illorū sit mobile oīno impporti-
onatum ipsi mouēt. et aliud p̄portiona-
tum non eadē motione potest mouere v-
trūqz iunctorum. Exemplū si angelus
iungat se voluntarie lapidi. nā tūc ma-
nifestū est qz non poterit homo eadē mo-
tione mouere vtrūqz. qz h; lapis sit mo-
bile p̄portionatum homi: tñ non angelus
Sed hostia et corpus xp̄i precise coniun-
guntur p actū voluntatis diue: que p̄tin-
genter se h; ad istā cōiunctionē. Et ho-
stia est mobile p̄portionatum potētie mo-
tiue creature. corpus aut xp̄i non. 5^o ista
duo non possunt moueri eadē motione
ab eadē virtute motiua. ergo cū hostia
mouetur a potentia creata corpus xp̄i
mouet sub hostia a solo deo. Ad pri-
mum istoz dico qz potentia organica et
non organica distinguunt realr. qz sicut
in alio quolibet dictū est: aīa intellecti-
ua sensitiua: et forma corporeitatis disti-
guuntur realr. et ideo potentie illaz for-
az distinguunt realr. Vnde di^o qz

potentia organica est illa que virtus de
 organo corporali in sua actione cuiusmodi
 sunt omnes potentie extense in materia: si-
 cut sensitive et executive: et per tales po-
 tentias potest anima sensitiva christi sub hostia mo-
 uere corpus. nisi deus suspendat actionem
 earum. posset enim velle hostiam moue-
 ri et appetere appetitu sensitivo propter al-
 liquod pulchrum et delectabile moueri cum
 hostia vel quiescere hostia mota. Potest
 etiam potentia executiva exequi imperium
 voluntatis imperantis corpus illud mo-
 ueri. et sic potest mouere corpus suum per po-
 tentias organicas. et hoc dico nisi deus su-
 spendat miraculose actionem causarum
 naturalium. Potentia autem non orga-
 nica est illa que non indiget organo cor-
 porali in sua actione. sicut est de intellectu
 et voluntate et per illas mouet anima christi
 corpus suum sub hostia intelligendo et di-
 ctando: corpus est mouendum ad motum
 hostie. et volendo efficaciter corpus suum
 moueri ad motum hostie sicut dicitur intel-
 lectus. Et conformando se voluntati di-
 uine. que est causa principalis in omni tali
 motu. et sic patet quomodo mouet corpus su-
 um per potentias non organicas. Ad se-
 cundum dubium dico quod potest moueri ab
 anima christi modo predicto. Ad ratio-
 nem dico quod bene probat quod corpus christi non
 potest moueri ab omni virtute creata que
 mouet hostiam. quia non potest immedia-
 te moueri a sacerdote mediante hostia.
 quia respectu sacerdotis saltem de facto
 est mobile improporcionatum. et ideo re-
 spectu talis virtutis nec mouetur eade-
 matione. nec eadem virtute creata: sed non
 probatur quin corpus christi sub hostia
 potest moueri ab anima christi. Et simi-
 liter hostia consecrata. quia utriusque est mo-
 bile. proportionatum anime christi. quia ani-

ma christi eadem voluntate efficaci potest
 velle corpus suum. Et hostiam transfer-
 ri simul de loco ad locum. semper tamen
 concurrente deo sicut causa partiali. Et
 sic patet quod ambo tam corpus christi quam
 hostia mouentur eadem motione ab ani-
 ma creata et duplici motu quarum una
 est creata et alia increata. Jouetur eti-
 am duplici motu passiva sicut sunt duo
 mobilia. Ad argumentum principale
 dico quod assumptum est falsum sed nulli-
 bus inuenitur de facto instantia nisi in pro-
 posito de corpore christi quod licet non
 circumscribatur loco. tamen coexistit cor-
 pori circumscriptiue existenti in loco et
 hoc sufficit ad motum localem.

Questio. xv.

¶ Trum anima christi potest mo-
 uere corpus christi sub hostia or-
 ganice: et non organice. quod non. quia
 in celo non potest corpus mouere istis
 motibus. ergo nec in sacramento. Con-
 tra approximatis causa sufficienti et pas-
 so non impeditis: potest poni effectus. sed
 christus sub hostia habet potentias or-
 ganicas sufficientes: et corpus christi eis
 est approximatum. ergo etc. In ista que-
 stione primo exponendi sunt duo termi-
 ni scilicet mouere organice et non organice.
 secundo ad questionem. Circa primum
 dico quod mouere organice est primo mo-
 uere unam partem medii et post illa par-
 te mota mouere aliam distantem loco et
 situ: a prima parte mota: ita quod mouere
 organice necessario requirit ista duo scilicet
 quod primo moveatur una pars localiter:
 et post alia mediante prima parte: scilicet
 inter partes corporis moti sit distantia lo-
 calis. Exemplum. Anima intellectiva pri-
 mo motu progressiuo: mouet cor motu lo-

9
cali & reali. & p^o medi^o motu cordis alia
pars magis propinqua mouetur. & post
tertia & sic deinceps. & hoc est vniuersali
ter verum in oī motu composito ex pul
su & tractu. q^o primo pellitur vna pars
& post trahitur alia. Ex isto sequitur q^o
solum illud mouetur organice quod est
circumscriptiue in loco. quia solum par
tes illius corporis distant loco & situ.

Mouere corpus non organice ē mo
uere totum & partem eque primo & non
primo vnam partem & post aliam. & h^o
indifferenter est verum siue partes cor
poris distent inter se loco & situ: siue non
Exemplum angelus in corpore assump
to est totus in toto. & totus in qualibz p
te illius. & hoc sicut motor in mobili.

Non autem sicut forma in materia. nec
sicut perfectio imperfectibili. ideo eque
primo mouet totum corpus assumptuz
& quālibet eius partem. Circa secun
dum dico primo q^o anima christi in celo
potest mouere corpus suuz ibi solum or
ganice sicut potest anima mea mouere
corpus suum. Cuius ratio est: quia cor
pus christi in celo est circumscriptiue in
loco. ideo potest anima christi mouere
corpus. primo mouēdo vnā partē & po
stea alias partes fm q^o potest existens in
vna pte celi. velle aliquid efficaciter in
alia parte. & ita vult corpus suum mo
ueri ad illud. Sed non organice non
potest corpus suum mouere in celo. li
cet anima intellectiua sit tota in toto cor
pore & tota in qualibet parte corporis: si
cut angelus in corpore assumpto. Non
tamen est in qualibet parte: sicut motor
in mobili: sed sicut forma in materia. pp
ter quod non potest corpus suum non
organice mouere sicut potest angelus.

Et si queras causas istius. dico q^o na
tura rei talis est q^o forma informās cor
pus existens circumscriptiue in loco pri
mo mouet vnam partem & post aliam.

Secūdo dico q^o anima christi sub ho
stia potest mouere corpus suum non or
ganice tantum. Nam organice non po
test mouere: cum inter partes corporis
christi sub hostia: nulla sit distantia loca
lis. quia totum coexistit toti & totum cui
libet parti. ideo non potest primo moue
re vnam partem & post aliam. quia que
libet pars est in eodem loco cum alia: s^z
bene potest velle & forte vult de facto q^o
corpus suum moueatur ad motum ho
stie. Et hoc pformādo se voluntati diue
que vult illud corpus moueri ad mo
tum hostie: & ita volendo quando mo
uetur hostia mouet corpus non organi
ce. Sed hic sunt dubia. Primum.
quia si corpus moueatur in celo organi
ce. q^o mouetur sub hostia etiam organi
ce. quia idem corpus numero non simul
mouetur & quiescit. Secundum est q^o
si anima christi sub hostia suspendat a
ctum voluntatis sue nolendo corpus su
um moueri ad motum hostie a quo tūc
moueatur corpus christi ad motum ho
stie. Tertium est. vtrum anima chri
sti sub hostia potest mouere hostiam nō
organice. Quartum est. vtrum ani
ma christi sub hostia potest mouere cor
pus suum non mota hostia. Quid se
parare se: & recedere nō mota hostia vel
quiescere mota hostia. Ad primum
istoruz dico: q^o corpus christi potest mo
ueri organice in celo & quiescere sub ho
stia. Et si dicat q^o contradictio est q^o ideo
simul moueatur & quiescat. Respon
deo q^o si intelligas per quiescere vel

quietem precipue privatōem motus: sic ē
 traditio q̄ idem corp⁹ simul mouea/
 tur ⁊ quiescat. qz qđ sic quiescit nullum
 mutat locū. Si aut̄ per quiescere solum
 intelligas q̄ corp⁹ existēs i aliquo loco
 ⁊ nō mutans illū locū quiescit ⁊ p̄ mo/
 veri intelligas q̄ corp⁹ existens in aliq̄
 loco ⁊ mutās illum locū moueat sic po/
 test idem corp⁹ simul quiescere ⁊ moue/
 ri. qz potest mutare locū in celo. ⁊ conti/
 nue eē in loco hostie. ita q̄ non mutat lo/
 cū hostie. ⁊ sic quiescit. Ad scđm di/
 co q̄ isto casu adhuc ad motum hostie
 mouebitur corp⁹ xp̄i a solo deo sicut ho/
 stia mouetur. Ad 3^m dico q̄ satis pa/
 tet solutio ex dictis. Ad 4^m dico q̄ nisi
 esset ordinatio dīna in contrarium que
 ordinauit illud corp⁹ semper moueri ad
 motum hostie: ⁊ quiescere ad eius gerez
 posset se separare ab hostia ⁊ mouere n̄
 mota hostia. ⁊ hoc volē^o efficacit̄ rece/
 dere ad a^m lo^m ita bñ sic si eēt circūscrip/
 tione i lo^o. vñ eē circū^o i lo^o l' diffinitie ē
 impertinens ad eius motū vel quietem.
 Ad argumentū principale in oppo^m
 dico q̄ licet xp̄s sub hostia habeat potē/
 tias organicas ⁊ non organicas: non po/
 test tñ corpus suū ibi organice mouere.
 qz ibi nō est corpus suū passum disposi/
 tum ad talem motionem eo q̄ ibi inter/
 partes corporis christi nō est distātia lo/
 calis que necessario requiritur ad talem
 motionem. Dico etiam q̄ potentia nō or/
 ganica potest mouere corpus organice ⁊
 non organice. sicut patet de anima intel/
 lectiua christi que mouet corpus suum
 in celo organice ⁊ sub hostia non orga/
 nice.

Questio. xvi.

¶ **T**rum om̄is actus assentiendi p̄
 supponat actum apprehenden/
 di respectu eiusdem obiecti. qđ
 sic. qz intellectus nulli assentit nisi q̄ ve/
 rum reputat nec dissentit nisi qđ falsum
 reputat: sed intellect⁹ nihil reputat verū
 vel falsum nisi cognitum ⁊ apprehensū
 ergo om̄is assensus necessario presup/
 ponit cognitionem ⁊ apprehensionem.

Contra ex̄te ista ppōe in mēte: oē to/
 tum ē mains sua pte: sine om̄i alia appre/
 hensione ppōnis: statim necio intellect⁹
 assentit sibi. igit̄ iste assensus nō presuppo/
 nit apphensiones. Sic p̄mitto aliquā
 distinctionem. 2^o ad qōnes. Circa pri/
 mum dico sicut dictū est in alio: quol̄z q̄
 duplex est act⁹ assentiēdi. vn⁹ quo assen/
 tio aliquid eē vel non eē sicut assentio q̄
 deus ē: ⁊ q̄ de⁹ est trinus ⁊ vn⁹. ⁊ q̄ de/
 us nō est diabolus. ⁊ tñ nec assentio deo
 nec diabolo. sed assentio q̄ deus non est
 diabolus. Vnde de virtute sermōis per
 istum actum nlti assentio. tamē per istuz
 actum apprehendo deum ⁊ diabolum:
 qz om̄is actus assentiendi est actus ap/
 prehendendi: sed non econuerso. Ali/
 us est act⁹ assentiendi quo assen^o alicui:
 ita q̄ act⁹ assentiēdi referatur ad aliqd
 sicut assentio ⁊ dissentio alicui cōplexo: si/
 cut huic ppōitiōi hō ē aīal. qz reputo
 eam esse veraz ⁊ non solū assentio huic
 ppōni. hec ppō homo est aīal est vera
 vbi hec ppō homo est aīal est subiectū
 sed ē assentio huic ppōni hō est aīal in
 se ⁊ absolute. ⁊ hoc qz scio q̄ sic impoz/
 tatur per istam ppōitionem sicut est i re

Circa secundum dico q̄ primus as/
 sensus non necessario presupponit ap/
 prehensionem complexi. quia iste as/
 sensus non est respectu complexi tanq̄
 alicuius obiecti: sed presupponit ap

prehensionem singularium rerum lz non assentit a reb⁹ singularibus. Sz scds assensus naturalr loquendo nece^o pre/ supponit apphensionem coplexi. z hoc i differenter: siue tale coplexuz coponatur ex cognitionib⁹ singularium rez siue no Et ro est. qz talis assensus hz complexu p obiecto. nunc aut nulli naturalr assen tim⁹ vel dissentimus: nisi cognito z app/ henso. g^o impossibile est qz naturalr as/ sentiatur alicui coplexo nisi apprehendat

Sed contra. si intellect⁹ formet istaz ppōnem omne totum est maius sua pte circūscripta oī alia apprehensione cople xi pter istam copōnem. statim catur hic assensus evidens. alr non eēt ppō per se nota. Simlr si intellect⁹ formet istam p positōem ds est trinus z yn⁹. sine oī alia apphensioe illi⁹ articuli cū impia volun tatis. pōt cārī actus credendi. g^o talis as/ sensus non p̄suppōit apphensionē. Dreterea apphen^o coplexi nō est ppō. qz in/ tellect⁹ pōt formare ppōnem lz non co/ gnoscat vel apphendat eam: sicut possū cognoscere lapidem: lz nō cognoscam il lā cognitōem: Nec apphen^o ē ps ppōis qz quelz ps ppōis pōt eē cognit^o rei eē z nulla alia cog^o est necessaria ad actuz assentiendi. g^o zc. Dreterea alius est assensus respcū rei z ali⁹ respcū coplexi sicut alia est apphen^o rei z alia coplexi. g^o saltem assensus respcū rei nō p̄suppo nit assensum respcū coplexi. Ad p^misto rū d^o qz tā ad actū assentiendi i cōi q̄ ad actū credendi. ar^m pcedit de p^o assensu z dissensu z non de 2^o. Ad 2^m di^o qz apphen^o coplexi nec est ps ppōis p̄posi/ te ex cogitationib⁹ rez extra. nec est ipsa ppō. q̄uis possit eē pars vnus alteri⁹ ppōis. lz est vna alia distincta cog^o tam a ppōne q̄ ab assensu. Et istam cognitō

ne p̄supponit assensus hns coplexū p ob iecto. Et hoc nō solū est vez qn assenti⁹ coplexo p̄posito ex cogitatōibus rez: sicut in istis: hō est aīal: hō n̄ ē asin⁹. sed ēt qn assenti⁹ alicui ppōni c^o subiectuz vl pre dicatuz est vna alia ppō cuiusmōi sunt oēs ppōnes in sensu coposito vt tales. hō est aīal: est ppō vera vel necia. z sic de aliis modis. qz anteqz assentiā talibus coplexis necesse ē ipsa prius apphenderi z cognoscere. Ad arg⁹ principalia p3 ex dictis.

Questio. xvii.

v **Trum** viator hēat aliquē pcep tum simplicē pprium deo añ cō pōnem z dīsonem vel postea. qz sic. qz ille pcept⁹ ē simplex de quo q̄runt tales pcept⁹ p̄positi. vtrū ds sit ens ifun tū. vtrū sit act⁹ pur⁹: sed tales q̄runt de pceptu dei zc. maior p3. qz tales non que runt de pceptu dei p̄posito pprio. qz tūc idē q̄reretur de se qd est falsum. Cō/ tra nulla creatura p̄tinet pceptuz dei sim plicē z pprium eēntialr: nec virtualr. g^o nulla creatura pōt illum cāre. Ad qd nem di^o p^o qz viator ex puris naturalib⁹ non pōt h̄re de deo cognitōem aliquaz q̄ sit cogni^o absoluta nō cognotatiua: affir mativa nō negatiua: simplex nō p̄posita: ppria non cōis añ cōpōem z dīsonem. Cui⁹ rō est. qz alr nō posset negare deuz eē. qz suppono qz p̄ sentatōem rei nō cā tur aliq̄ cog^o ppria alic⁹ impossibil⁹ ante p̄pōnem z dīsonē. Tum qz sensa^o nullā hzactōem ad ipossibile vt cāet eius co/ gnitōem ppria. Tū qz eadē rōne sensatō cāret cognitōes pprias infinitoz impos sibiliū. qz eālem hitudinē hz ad oīa ipos sibiliā. Tunc ar⁹ sic: Tu pcedis cognitō nē dei ppriam: cārī añ oēm dīsonē z cō/

ponem et non ex fide. qz in fide cōcorda/
mus. et tñ non ponim⁹ hoc. g^o euidenter
cognoscis hoc. qz cog^o dei ppria catur
p sensatōem. et p^o nōs euidenter est infideli
deum eē. qz posset euidenter arguere qz
cept⁹ catus mediante sensatōe nō est a l
cui⁹ impossibilis s; possibilis. et ex quo me
diante sensatōe cogit^o simplex ppria dei
an⁹ pōnem cāta est: ista cogit^o non est a
licuius impossibilis s; possibilis. g^o qlibet
infidelis possit euidenter scire qz d^s ē pos
sibilis. Et qz in ppetuis non dūt eē et pos
se. quibz infidelis euidenter sciret deū esse
qd est falsum. Et iō dico qz an⁹ cōpōnem
et dīsonem non h; viator talem pceptuz
nec hēre pōt. Preterea not^a incōple^a
vni⁹ rei nō cāt notitiā incōplexā alterius
rei simplicē et ppriam. qz nō intuitivā. qz
illa catur imediate a re ex naturā lo
quendo. Nec abstractivā. qz si illa esset
cognitio simplex ppria: nece^o p̄supponit
notitiā intuitivā. cum g^o viator nō pos
sit deū p statu isto intuitue videre nullā
cognitōem talem de deo pōt hēre. Se
cūdo dico qz viator non pōt hēre talez cō
ceptum simplicē et pprium p^o pōnes et
dīsonem. Qu^o rō est. qz mediāte pōne
et dīsonem acquirūt solū notitiā discursiua
et oīs notitiā acq̄sita p discursuz est com
plexa. Sed p^o qz hoc dato tūc intel
ligerem⁹ deū nihil aliud intelligendo. qd
pbat. qz isti pceptus cōes: ens p^m. vni⁹
eodem ordine succedūt sibi in mēte sicut
in voce. S; qñ prim⁹ pceptus ē in mēte
nō plus intelligit d^s q; creatura. nec qñ
scd^s est in mente. nec qñ terti⁹. g^o nunq;
intelligit. d^s pceptu pprio: nisi vlti⁹ pcept⁹
successiue formati cāent pceptum simpli
cem et pprium. Preterea alr intelli
gēdo deū. erit magnū tps anteq; intelle
ctus intelligeret deum. qz oportet incipe

re ab ente descendēdo per cōpōtionem
et diuisionem. Preterea diffinitō sub
stantie create pōt cāre conceptum sim
plicem et pprium diffiniti. g^o descriptio
dei potest cāre conceptum dei. Antece
dens p^o. qz alr in linea predicamentali:
diffinitio et conceptus simplex. nō differ
rent nec in demāratione eēnt tres termi. qz
non esset ibi pceptus simplex diffiniti.

Preterea alr non eēt conceptus re
spectiu⁹ in nobis. qz neutru extremū po
test cāre conceptum alterius. Nec catur
a duobus extremis an⁹ cōpōtionem et di
uisionem. qz expientia docet qz intellectus
prius non h; conceptum respectiuū. an⁹
q; vnum alteri per cōpōtionem et diuisionem
comparat. puta p hoc qz intellectus
format hoc cōplexum. hec albedo ē ta
lis qualis est illa catur pcept⁹ similitudī
nis. Preterea alr non possem⁹ hēre i
tellectōem chymere in vno instāti. qz p
tes conceptus ppositi sibi succedunt i mē
te sicut in voce vt prius dictum est.

Preterea qñ intellectus format h^o
cōplexum. de⁹ distinguitur a quolibet qd
non est ipm. Aut subiectū illius pōnis
in mente est pceptus simplex dei: et habe
tur ppositum. Aut non: et tunc faciā ali
am ppositōem demonstrādo rem que d
us est. sic hec res significata p hoc com
plexum distinguit a quolibet qz nō est ip
sum: et tunc. Aut demonstro deum p v^o
actum simplicem et hētur pposituz. Aut
per conceptum ppositum ex multis acti
bus: et erit pcessus in infinitum. Ad
primū illorum concedo qz viator nō po
test naturaliter deuz intelligere nihil ali
ud intelligendo. quia licet per conceptuz
compositum totalem intelligatur solus
deus. tamē per quēlibet conceptum par
tialē nullius compositi intelligitur aliud

a deo. quia quilibet conceptus talis est cōis
deo et aliis. Sed ultra dico quod probatio
deficit. quia licet possibile sit in aliquo ca
su. quod conceptus cōmunes eodem ordine
sibi succedat in mente sicut in voce. hoc
tamē non est necessarium. quod intellectus po
test formare aliquam p̄p̄ōem in qua mlti
ti conceptus cōes simul p̄dicantur et subii
ciuntur. et per omnia in tali conceptu com
posito pōt deus intelligi. Ad 2^m di^o
quod non oportet incipere ab ente. quod potest
incipere ab istis conceptibus: primū vel sū
stantia et sic de aliis. Nec requirit ad in
telligendum deum talis descensus vel di
scursus per componem vel diuisionem.
Nec magnū temp⁹ requirit. quod quā deus
intelligitur primo per aliquem conceptū
cōpositum: pōt aliter intelligi per habitū
inclinantem ad cognitōem simlem in in
stanti. sicut in instanti pōt formari tota p̄
positio. Ad 3^m nego assumptum. quia
conceptus diffinitive cōi lege p̄supponitur
diffinitōi. quod cognitio diffinitī diffinitōe
p̄p̄ie dicta. catur mediante cognitōe in
tuitiua vnius individui. quod concept⁹ spe
ciei pōt abstrahi ab vno individuo. Dif
finitio autē non pōt abstrahi ab vno indi
uiduo. Diffini^o autē non pōt totaliter cā
ri q̄ntum ad omnes eius ptem nisi per co
gnitionem multorum individuum.

Ad probationem dico quod neutrum illo
rum impossibilium sequit. quod non p̄pter
hoc distinguitur conceptus diffinitī a dif
finitōe. quod catur ab ea. quod nullo modo cā
tur ab ea. sed seipsis distinguunt: et cān
tur a suis cāis que sunt diuerse. Ad q̄r
tum dico quod argumentū est ad opp^m. nā
conceptus respectu⁹ ab vtroq; extremo
simul posito ante cōpositionem et diuiso
nē non pōt causari quod p̄bo. quod subiectum
et predicatum p̄positōis p̄cedunt saltem

ordine nature p̄positionē. Nūc autē intel
lectus in ipsa formatōe hui⁹ cōplecti hec
albedo est alteri siml^r vel equalis: ponit
conceptū receptiuum a pte predicati. 1^o
Isti conceptus p̄cedunt illam p̄positōem. vñ
iste est ordo quod vñs duabus albedinibus
primo catur in intellectu conceptus speci
fic⁹ albedis. 2^o natural^r mediāte illo cō
ceptu specifico catur concept⁹ similitudinis.
Et dico immediate ab ipsis albedibus:
vel cognitionib⁹ earum. et p^o saltem or
dine nature formatur p̄positio. Ad p
bationē dico quod experientia docet quod non pri
us iudicat per actū assentiēdi illas albe
dines eē similes: q̄ intellectus comparet
vnam albedinē alteri per p̄pōnem et di
uisionem: sicut prius dictū est sed experien
tia non docet quod prius hēat conceptum re
spectiuum aī cōpositiōem et diuisionem.

Ad quintum dico quod possum⁹ intelli
gere chimeram in vno instanti p̄ vno cō
ceptu cōpositu includentem p̄dictio
nem sed nullo mō per cognitōem simpli
cem p̄p̄iam. Et ultra dico quod probatio af
finit falsum. scilicet quod ptes conceptus cōpositi
succedunt sibi in mēte sicut in voce. quod in
mēte concept⁹ illi sū existunt in subiecto i
dissibili. in voce nō. Ad vltimū dico quod
subiectū hui⁹ p̄pōnis de⁹ distinguit⁹ et
non eēt conceptus simplex sed p̄posit⁹. Eo
dem mō di^o quod formatō talē p̄pōnē hec
res significata p̄ hunc conceptū p̄positū di
stinguit⁹ et. subiectū istius scōe p̄pōnis
est concept⁹ cōposit⁹ ex conceptu dei et p̄no
mine demōstratiuo. Et ultra formando
aliā p̄pōnem sicut dicēdo res signata p̄
hunc scōm conceptū p̄positū distinguit⁹ et.
subiectū adhuc erit cōcept⁹ p̄posit⁹. et iō
p̄cessum in infinitū concedo: formando
tales p̄positiones distinctas. saltē minor.
Et p̄ subiectum in qualibet p̄positione

erit conceptus et positus et non simplex. Ad
 arguendum principale dico quod tales conceptus
 compositi ens infinitum: actus purus querun-
 tur et demonstrantur de conceptu entis particu-
 lariter sumpti. puta queritur utrum in uni-
 uerso sit aliquid ens infinitum vel actus purus.
 Et probatur quod aliquid ens est infinitum. et ac-
 tus purus. subiectum autem istius propositionis
 est conceptus et positus ex conceptu entis in
 eodem et huius sine categorizematis aliquid et ita
 non est inconueniens quod unus conceptus com-
 positus queratur et probetur de alio con-
 ceptu composito.

Questio xviii

¶ **T**rum quantitas corporis christi sub
 hostia possit habere positionem de gene-
 re quantitatis sine positione que est predicamen-
 tum supposito quod quantitas sit res distincta
 a substantia et qualitate: quod sic. quia deus potest
 separare et conseruare prius absolutum sine po-
 sitione. sed quantitas per positionem est res abso-
 luta. et similis positio que est eius propria. positio
 autem est quidam respectus fundatus in quanti-
 tate. igitur potest deus conseruare quantitatem cor-
 poris christi cum prima positione destruendo se-
 cundam. Contra. impossibile est quod ponatur
 fundamentum respectus: et terminus: nisi
 ponatur respectus vel nisi tale denotetur per
 conceptum respectuum. sed quantitas corporis
 christi est fundamentum ipsius positionis: et lo-
 cus hostie cui est prius corpus christi est im-
 minus illi respectus. igitur impossibile est quod il-
 la quantitas sit prius loco nisi habeat positionem re-
 spectu illius loci. Ad quoniam dico quod
 possibile est quod quantitas corporis christi sit prius
 loco et habeat positionem que est propria quantitas
 nisi habeat positionem que est predicamentum. quod
 probatur multipliciter. primo sic. quia positio que est
 propria quantitas est ordo partium in toto tunc
 queritur. Aut ille ordo situatus est ita quod una

pars sit superior et alia inferior. una autem et alia
 retro et cetera. Aut est ordo perfectionis ita quod
 una est perfectior et alia imperfectior. aut
 est ordo totius et partium: sicut oculus est pars
 capitis. Aut quarto est ordo calitatis ita quod
 una pars est calidior alterius. Aut quinto est or-
 do originis aut nature: ita quod una pars prius
 natura est in rerum natura quam alia.

Alio modo non video quod possit esse ordo partium
 in toto. Si primo modo intelligitur ordo partium
 in toto habetur propositum. quia notum est quod non
 potest esse ordo situatus absque distantia lo-
 cali partium. quia in tali ordine contingit assi-
 gnare primam partem secundam et tertiam respe-
 ctu loci. quoniam corpus est immediate prius
 loco. et per prius ille ordo non potest esse sine po-
 sitione que est predicamentum. Aliis quatuor mo-
 dis loquendo de ordine non potest dici quod il-
 le ordo sit propria quantitas quia quilibet alius
 ordo ita deus potest competere partibus corporis
 christi. si eorum separe ab omni quantitate sicut quod
 do sunt coniuncte cum quantitate. Nam ita
 esset una pars perfectior: tunc sicut nunc. quantum
 ad secundum ordinem ita esset unum: tunc esset pars
 alterius puta oculi capitis sicut nunc. Nec
 plus una pars esset calidior alterius tunc quam nunc.
 Nec plus tunc est una pars prior alia quam nunc
 quia prius natura est aliquid secundum philosophum. igitur me-
 thaphisicorum. quoniam unum potest separari ab alio et non esse.
 Et ita patet manifeste quod solum ordo situatus
 qui requirit distantiam localem inter partes
 facit aliquid esse et habere positionem que est dif-
 ferentia quantitas. Secundo sic omne quantum
 situatum est longum. sed nihil est longum
 sine distantia locali partium. igitur si quantitas cor-
 poris christi sub hostia sit longa. oportet quod
 una pars sit extra aliam et distet ab alia.
 Tertio sic. omne quantum est extensum
 sed nihil est extensum: nisi una pars distet
 ab alia. et sit extra aliam quia ad extensio-
 nem non sufficit partem rei alicui quanto.

Alias anima intellectiva esset quanta cum sit presens toti corpori et cuilibet eius parti. ergo si illa quantitas habeat positionem de genere quantitatis: illa est extensa habens partem extra partem, et per consequens habet positionem que est ordo partium in loco. Quarto sic omne quantum partium, et non infinitum permanens est figuratum aliquam figuram, sed ad figuram requiritur ordo partium in loco si corpus figuratum sit presens loco: ergo ad quantitatem et eius positionem requiritur talis ordo. Assumptum patet: quia nullus alius ordo partium sufficit ad finem, quod facta sola mutatione situalem partium sine omni alia mutatione finem mutat. Patet de sorte sedente et stante ubi est diversitas finem per solum motum localem hoc etiam patet, quia si deus crearet unum hominem cum omnibus suis accidentibus ab solutis sub specie panis: ita quod esset ibi diffinitio nullibi et circumscriptive. Ille homo nullius esset figure, quia nec circularis nec triangularis, et sic de aliis. Nec esset eius corpus rarum nec densum, quia eius partes non iacent propinque nec remote eo quod omnes sunt simul, sed istius causa sola est quia partes non ordinantur in loco, ergo et cetera. Quinto sic corpus heterogeneum puta ignis vel aer, vere habet positionem que est differentia quantitatis, quia vere est quantum, sed inter partes illius corporis non potest esse nisi ordo situalem, hoc est ordo partium in loco et positio que est predicamentum, ergo una positio non potest esse sine alia. Assumptum patet quia circumscripto illo ordine nulla pars potest esse alia prior: nec posterior cum omnes sint eiusdem rationis. Sexto patet hoc per philosophum: in predicamentis qui dividit quantitatem in habentem positionem, ut linea, superficies, corpus singulum enim illoque situm est ali-

cubi: sed talis situatio non potest esse sine ordine partium in loco ergo et cetera. Super praeter quolibet natura respiciens contingenter quolibet speciem, et individuum partem sub aliquo genere respicit contingenter totum illud genus, quia quando aliquid determinat sibi certum genus determinat sibi certam speciem illius generis, sed corpus christi respicit contingenter quolibet speciem positionis que est predicamentum et quodlibet individuum quia sine qualibet potest esse, ergo sine toto illo genere, et per consequens potest habere unam positionem sine alia. Preterea quod sunt duo respectus extrinsecus adveniētes quorum unus presupponit alium potest prior separari a posteriori, sed ita est de respectu quantitatis et positionis, ergo potest quantitas esse presens loco sine positione. Preterea positio que est predicamentum presupponit ubi proprie dicitur, scilicet circumscriptum: sed deus potest conservare quantum sine tali ubi proprie dicitur, ergo et cetera. Ad primum illorum dico primo quod illa propositio habet multas instantias. Tum quod quantitas contingenter respicit quancunque positionem que est differentia quantitatis, et tamen non respicit contingenter totum genus finem. Tum quod quantum nunquam est sine longitudine et latitudine, nec per consequens sine finem. Tum quod linea contingenter respicit rectitudinem et curvitatē, et tamen non respicit contingenter finem omnino quia linea non potest esse sine finem. Rursum dico quod conclusio potest procedi unomodo quia si deus faciat quantitatem sine omni loco, tunc esset positio que est differentia quantitatis sine positione que est predicamentum, et hoc quia tunc quantum non est presens loco et positio quod quantum sit presens loco: non est per consequens sicut non valet, deus potest facere quantum sine illa positione, et sine illa et sic de aliis, ergo sine

omni. Exemplum. posito qd sol nō sit de⁹
 pōt facere corp⁹ sine oibus distātiis ad
 solem. quia sol nō est: sed posito sole im-
 possibile est qd sit corpus in mūdo sine oī-
 bus distātiis ad solem. et tamē tale cor-
 pus ptingenter respicit quālibet distan-
 tiam. Tertio dico qd aliqui sunt termini
 absoluti qui significant oīa sua significa-
 ta vno mō. Et quando tales termini im-
 portant res totaliter distinctas. tunc in
 illis est maior vera. Exemplum. homo pōt
 esse sine albedine et nigredine et c. ergo si-
 ne oīni colore per potentiā dei. Simili-
 ter dilectio potest esse sine noticia intuiti-
 ua et abstracta et sic de aliis q^o pōt ef-
 se sine oīni cognitione saltem per poten-
 tiam dei. Sed sunt alii termini pnotati-
 ui qui nō significant omnia sua significa-
 ta vno mō significanti: sed aliquid in re-
 cto et aliquid in obliquo. et quando ta-
 les termini sunt subordinati: in illis est
 ppositio falsa. Exemplū de linea et fi^a.
 Et ratio est quia quicquid significat li-
 nea in pmoni significat figura in pmoni
 principaliter licet pnotant diuersimode.
 puta affirmatiue vel negatiue et omnia
 que pnotat linea negatiue: pnotat etiā
 figura negatiue. et ideo impossibile ē. qd
 sit illa linea sine oīni figura. Ad ppositū
 dico qd h^o corpus quantū respiciat conti-
 genter oēm positiōem que est predic^m.
 nō tamen potest esse presens loco et sepa-
 ri a toto illo genere. quia tam posi-
 tio que est predic^m. q^o positiō que ē dif-
 ferentia quantitatis significant illud idē
 qd cor⁹ q^o tū: iō cor⁹ q^o tū nō pōt ab oīb⁹
 separari. Ad aliud et 3^m dico qd nec
 positiō nec quantitas nec vbi sunt tales
 partii respectus: sicut hoīes ymaginātur
 quod patet ex hoc quia si essent tūc pos-
 set quantitas esse presens loco et separa-

ri ab illis. et tunc illud quā^m nō haberet
 partes ordinatas in loco quod includit
 contradictōem. sicut pbatū est. ideo di-
 co qd isti termini important solum res
 absolutas diuerso mō significanti. Ad
 argumenta picipalia patet ex dictis qd
 non sunt tales respectus sicut homines
 ymaginantur.

Questio. xix.

Trum subā materialis exāsa
 pponatur ex partibus substā-
 tialibus eiusdem rationis si-
 tualiter distinctis. qd nō. quia hoc soluz
 conuenit q^o titari. ergo nō subē. Con-
 tra. alia pars materie est in capite. alia
 in pede. et sic de singulis ergo et c. Ad
 qōem dico qd sic: et hoc pōt euidēt pro-
 bari primo sic. quia lignū non tantū com-
 ponitur ex materia et forma que sunt p-
 res essentielles eius et diuerse rōnis: sed
 etiā pponitur ex partibus integralibus
 eiusdē rōnis: quāz quelibet est lignū. et
 ille partes nō sunt in eodē situ vt mani-
 festum est: ergo distānt stualiter. Se-
 cundo sic diuiso ligno in duas medie-
 tates nulla substātia fm se totā de no-
 no generatur. sed nunc facta diuisione
 sunt due subē distantes realiter. Aliter
 accidentia in vna medietate remanerēt
 sine subiecto. sed ille due subē ligni qua-
 rum vtraq³ ē quoddā totū post diuisionem
 preserunt facientes vnū lignū to-
 tum et nō fuerunt prius in eodē loco er-
 go prius stualiter distabant. Cōfirmat
 quia vna medietas ligni pōt corrupti a-
 lia non corrupta et illa corruptio est
 subālis. ergo aliqua subā que prius fuit
 nunc est corrupta. et manifestū est qd ali-
 qua subā manet. ergo prius erant due
 partes subāles ligni cōponentes vnū

lignū sitū distantēs. Tertio sic. albe/
 do exis in ligno est tota in toto: et pars
 in parte. Aut ergo in toto et partibus li/
 gnū. et habetur ppositum quia sicut par/
 tes albedinis localiter distant: ita et par/
 tes subē in quibus erunt. Aut sunt i to/
 to quodā accidente et pars in parte acci/
 dentis: et tunc illud accidens sicut ē sub/
 iectū albedinis habet aliquod subiectū
 primū: ita qd totum sit in toto. et pars in
 parte. Et tunc quero. Aut subā est eius
 subiectum primū. et habetur ppositū
 sicut prius. Aut accidens. et tunc querā
 iterum de illo accidente. et sic erit pces/
 sus in infinitum. vel oportet stare ad a/
 liquod accidens extensum: cuius subie/
 ctum primū est aliqua substātia materi/
 alis. habens tales partes. Quarto sic
 Non plus esset illa subā materialis ex/
 tensa. q̄ anima intellectiva. quia sicut ai/
 ma intellectiva est tota in toto corpore
 et tota in qualibet parte corporis. ita ali/
 bet subā materialis esset tota in tota q̄/
 titate et tota in qualibet parte quantita/
 tis. Oportet ergo dicere qd quolibz sub/
 stātia materialis: habz partes substātia/
 les distantes localiter. quaz vna pōt de/
 strui alia. non destructa. et ipis manen/
 tibus possunt ab invicem separari et ali/
 bet talis subā est quoddam totū quod
 concedo. Ad argumentū principale.
 dico qd si quantitas sit res absoluta disti/
 cta a subā et qualitate sicut est cōis opi/
 nio: non solum convenit quantitati ha/
 bere tales partes integrales. sed etiā sub/
 stantie materiali.

Questio. xx.

Trum subā materialis exten/
 sa per suas partes intrinsecas
 sit immediate presens loco. qd non. q̄

solū est p̄ns per quantitatē que primo est
 in loco ergo et c. Contra. si subā et quā/
 titas distinguntur realiter alia est p̄ntia/
 litas vnius ad locū q̄ alterius. quia re/
 spectus mutantur ad mutatōem funda/
 menti immediati. ergo vtrūqz est immedi/
 ate p̄ns loco. Ad quōdem dico breuiter
 qd sic. Qd p̄bo primo sic. Omne illud qd
 est p̄ns loco est p̄ns per seipm vel per
 aliquid cui ipm est p̄ns illi loco. sed sub/
 stantia materialis extensa est p̄ns loco
 ergo per seipam vel aliud cui subā est p̄/
 sens puta per quantitatē cui substātia ē
 p̄ns que quantitas est p̄ns loco. Et
 loquor de illo per quod aliquid non di/
 stans a loco est p̄ns loco. et nō aliter. s̄
 si subā materialis sit p̄ns loco per par/
 tes suas intrinsecas habetur ppositum.
 Si per aliud puta per quantitatē tunc
 arguo sic. Quando aliqua duo suo sūt
 presentia et indistantia localiter: quicq̄
 immediate est p̄ns vni illoz: per idem im/
 mediate est p̄ns alteri. sed quantitas et lo/
 cū ei⁹ sūt p̄ntia indistantia localit et subā
 materialis exis sub q̄titate p̄ ptes suas
 intrinsecas ē immediate p̄ns q̄titati. ergo
 p̄ easdē ptes ē immediate p̄ns loco illius
 q̄titatis. R° sic subā materialis ē pre/
 sens q̄titati que immediate est p̄ns loco
 suo: ita qd tota illa subā est p̄ns toti quā/
 titati et ps p̄ti sicut illa tota subā informa/
 tur illa tota quantitate et ps p̄te. et aliter
 nō eēt exis. aut 5° illa subā ē immedia/
 te p̄ns q̄titati aut p̄ aliqd me^m. 2^m nō ē
 dari. qd de illo me^o q̄ro aut immediate est
 p̄ns tā subē materiali q̄ q̄titati. et hētur p̄/
 positū. aut erit p̄cessus i infinitū i mediis
 5° ipa subā immediate ē p̄ns q̄titati. qd
 non plus pōt stare in 2° q̄ in primo. Et
 tūc arguo oīs subā p̄ seipam. et p̄ partes
 suas: est immediate. presens. quantitati. et

Tota est p̄ns toti. ⁊ pars parti. p̄r seip/ sam. sed quantitas per seipsam ⁊ p̄ par tes suas intrinsecas. est imēdiatē p̄ns lo co: ita q̄ tota est p̄ns toti. ⁊ pars parti. quia alia p̄sentialitas ē eius ad locū ⁊ alia quantitatis quod patet ex separa bilitate eorū. ergo ⁊c. Ad argumentū p̄cipale dico q̄ subā materialis ex h̄o ip̄o q̄ imēdiatē est p̄ns quātitati: sic q̄ tota est p̄ns toti. ⁊ pars parti est imēdia te p̄ns loco illius quātitati per partes suas intrinsecas.

Questio. xxi.

Trum subā materialis exten sa per partes suas intrinse/ cas sit in loco circūscriptiue vel diffinitive. q̄ nō circūscriptiue. q̄ omē quod est in loco circūscriptiue etiā imēdiatē est quantitas. sed subā materi alis nō est quantitas. 5^o. Contra: est imēdiatē p̄ partes suas p̄ns loco: ita q̄ tota est p̄ns toti: ⁊ pars parti: ergo cir cūscriptiue est in loco. Ad primo videndū est quid est eē circūscriptiue ī loco: ⁊ quid diffinitive. 2^o ad questōem

Circa primū dico q̄ esse circūscrip tiue in loco: est eē in loco q̄ totū sit in toto loco. ⁊ pars in parte loci. Sed esse ī loco diffinitive est totū esse ī toto loco ⁊ totū in qualibet parte illius loci: sicut corpus xp̄i est in eucharistia ⁊ sicut an gelus est in loco. ⁊ aīa intellectiua ē isto mō in corpe: licet non sicut in loco. Cir ca 2^m dico q̄ subā materialis extensa p̄ suas partes est imēdiatē in loco circū scriptiue. q̄ patet ex predictis quia ipsa est tota in toto. ⁊ tota in qualibet parte loci. quod p̄batnr. quia si deus destrue ret vnā medietatē quantitatis huius li gni. ⁊ aliā medietatē p̄seruaret: ille due

partes subāles ligni distarent localiter ⁊ vnā est circūscriptiue in loco. ergo ⁊ alia medietas. quod patet ex hoc q̄ to ta subā ligni est in toto loco. ⁊ pars in p̄ te. Secundo sic fm ponentes respec t^o p̄nalitas ligni ad locū nō dependet ex respectu inherētie quantitatis ad lig nū. q̄ destructa illa inherētia pōt ad huc lignū esse p̄ns loco. Tunc sic. omē quod nō depēdet ab alio pōt per po^{am} diuinā p̄seruari sine eo. ergo respect^o p̄na litatis totius ligni ad totū locū ⁊ partis ad partē pōt p̄seruari sine inherētia q̄ titatis ad lignū. quo facto mai^m est. q̄ totū lignū erit imēdiatē in toto loco. et pars in parte. ergo circūscriptiue. Ter tio sic. sicut tota subā est prior tota quā titate. ita ptes subē sunt priorē partib⁹ q̄ titatis. Tunc quero fm modū loquen di alioꝝ aut in illo priorē partes sunt in eodē loco vel in distinctis. Non in eodē q̄ nō plus in vno q̄ in alio. ergo in di. stinctis. ergo in illo priorē subā habens distinctas ptes est circūscriptiue in i^o loco. Quarto sic. circūscriptio pas siua locati fm cōiter loquentes est quid respectus. sed respectus variatur taz ad variatōem fundamenti q̄ termini. cum ergo subā ligni ⁊ q̄ritas distiguātur re aliter circūscri^o passiua subē ligni. Et circūscri^o passiua quantitatis eius disti guntur realiter: ⁊ per p̄sequens alia cir cūscriptiue passiua est subā ligni ī lo co ⁊ alia quantitas ⁊ ipsa posset esse per potentiam diuinam destructa alia.

Quinto. ex eodem me^o arguo sic. Alia est distantia localis vnus partis subē ligni. ab alia parte. q̄ respect^o di/ stinguuntur 2^m distinctōem fundamenti ⁊ termini. ergo tota subā ligni per ptes suas intrinsecas distātes localiter est cir

7
circumscriptive in loco. Sicut sic: ad existē-
tiam respectus sufficiunt fundamentū et
terminus cum causis extrinsecis. sed di-
stantia localis partium subē ligni est q-
dam respectus habens p- fundamento
et termino ipsas partes subē distātes. 3^o
positis partibus subē ligni et causis extri-
secis que faciunt eas distāre. ponetur il-
la distantia q-ntitas aut cum nō sit funda-
mentū nec terminus istius respectus si
requiritur erit causa extrinseca illi⁹ re-
spectus. et ultra tunc quicquid de⁹ pōt
mediante causa 2^a extrinseca pōt sine ea
ergo ille respectus pōt esse sine quāntita-
te tali: et per se sequens subā ligni per se
et per partes suas erit circumscriptive
in loco. Ad argumentū principale.
patet ex dictis.

Questio. xxii.

Trum deus possit conserva-
re subā materialē extensā
sine motu locali destruendo
omne accidens absolutū in ea. q- nō. quia
deus nō pōt facere subā extensā sine
extensione: sed si deus destrueret omne ac-
cidens absolutū in ligno: et conservaret
subā ligni longuā: larā: pfundā. sine q-
ntitate: illa subā eēt extensa sine quāntita-
te et extensione. Contra: hoc nō iclu-
dit contradictōem: ergo non pōt fieri a
deo. Ad q-ōem dico breuiter q- sic. Et
ad hoc pbandū fundo me in illo arti-
culo credo in deū p-ēm oīpotentem. Ex
quo accipio istam ppōem quicquid de-
us pducit mediātib⁹ causis secundis
pōt immediate sine illis pducere et pserua-
re. sed mediātib⁹ causis naturalib⁹ ex-
pellit et introducit multa accidentia ab-
soluta in idē passum localiter nō muta-
tum: sicut patet in alteratione et genera-

tione ubi generatū et corruptū sunt eq-/
lia 1^a oēs dimēssiones ubi nō solū quali-
tas corrupti cōrūpitur: sed etiā qualitas
nova et noua quāntitas introducitur se-
cundū cōiter loquētes sine oī motu loca-
li materie ergo pōt deus. immediate p se
omne accidens absolutū ligni destruere et
pseruare eius subā sine oī motu loca-
li. Secundo ex eodē principio arguo
sic. Deus pōt rem posteriorē naturalit⁹
destruere. et priorē sue nature relinque-
re vt ipā p p-riū modū agat. destruat.
ergo deus oē accidens absolutū huius
ligni. et relinquat subā ligni sue natu-
re quo factū. Aut subā ligni est nō mo-
ta localiter: et habetur ppositū. Aut erit
mota localiter: et hoc nō pōt esse. q- ad
nullā dzām loci pōt se transferre nō de-
orsum cum principium penetrandi. ter-
ram nō habeat sicut nec quando habe-
bat accidentia sua Nec sursum pōt mo-
ueri. sicut nec prius. quia nō habet prin-
cipiū mouendi sursum plusq- prius Nec
ante nec retro. quia nulla cā est q- re pl⁹
mouetur ad vnū q- ad reliquū Nec mo-
uebitur ab agente extrinseco: q- si sic.
Aut tota subā mutabit totū locū quod
nō pōt fieri p cām extrinsecā naturalez
Aut partes subē ligni que prius erant
distantes cōcurrent quass in vnū punc-
tū et hoc nō. Tum quia punctū nō est a-
liquid tale: sicut hoīes ymaginānt. Tuz
quia nō habet aliquod principium. sic
mouendi sicut p3. Tum quia si esset tale
principiū nō esset maior rō. quare plus
pcurrerent ad vnū punctū q- ad aliud.
Nec esset aliqua rō quare pars media
plus moueret ad vnū punctū q- ad aliud
punctū ppe finē. 3^o sic ex eodē principio
arguo deus pōt totā subā huius li-
gni pseruare et oīa accidentia vni⁹ ptis

destruere. et accidentia absoluta alterius
partis conseruare in parte ligni hoc est
deo possibile sicut possibile est sibi vnaz
medietate albedinis destruere: et aliam co
seruare in pariete. Quo facto: si dens
dimitteret totam subam ligni sue nature:
quero tunc quomodo moueretur medietas sub
stantie ligni que conseruatur sine omni acci
dente absoluto. Non posset virtute pro
pria aliam partem subintrare: nec se totali
ter et naturaliter ab illa parte separare
ergo sue nature derelicta manebit imo
ta localiter. Quarto sic. subam ligni
existens sub accidentibus materialibus
est in loco circumscriptione. et prius loco per
partes suas intrinsecas. sicut prius proba
tum est. tunc sic. Deus potest conser
uare subam ligni presentem suo loco. si
sine sui mutatione locali. et sine presentia
accidentium absolutorum ad illam locum. quia
sicut substantia ligni est prior natura ac
cidentibus: ita prius est presens suo lo
co quam accidentia. et per consequens potest de
separare vnam presentiam ab alia. Qui
to sic. omnis respectus potest per diuinam pote
ntiam conseruari sine eo quod nec est ter
minus nec fundamentum illius respectus
sed distantia qua vnus pars ligni distat
ab alia: est quidam respectus secundum eos: cuius
fundamentum est pars subiecta distans: et ter
minus eius est alia pars subiecta a qua di
stat. et per consequens nullum accidens
absolutum est fundamentum vel terminus
illius distantie. ergo potest ille respectus idem
numero conseruari sine omnibus accidenti
bus absolutis: et ita potest subam ligni conser
uari sine omni motu locali et omnia acciden
tia sua absoluta destrui vel separari.

Ad principale argumentum concedo
quod deus potest conseruare subam ligni lon
gam: latam. profundam: et sic extensam sine omni

extensione que sit res absoluta distincta
a substantia.

Questio. xxiii.

Trum subam materialis per
suas partes intrinsecas possit
esse quantitas siue quanta quod non
quia passio adequata alicui subiecto pro
prio nunquam potest alicui competere. nisi me
diante illo subiecto. patet de risibili et ho
mine. sed esse quantum est passio adequa
ta quantitati que est accidens. ergo non potest
competere subiecto sine illa quantitate. Con
tra. per partes intrinsecas potest esse longa:
lata: et profunda: ergo per illas potest esse qua
nta. Circa istam questionem primo vide
dum est quid est esse quantum. 2. ad que
stionem. Circa primum dico. quod esse qua
ntum est habere partem extra partem et per
tem distantem actualiter a parte. Ex quo
sequitur duo vnum est quod omne illud quod
est per se vnum vere extensum est vere et re
aliter quantum. Secundum est quod omne
illud quod est circumscriptione in loco:
est quantum. quia omne tale est totum in toto.
et pars in parte et e conuerso. Omne qua
ntum est circumscriptione in loco si sit locus
ambiens ipsum. Circa secundum dico quod
substantia materialis per suas partes in
trinsecas potest esse quanta. Quod probatur
multipliciter. primo sic. sicut prius patet
deus potest conseruare subam materialem ex
tensam non motam localiter. et destruere
omne accidens absolutum in ea: quo posi
to manifestum est quod tota subam ligni conser
uatur. ita quod nulla eius pars destruitur
sed remanent eadem partes que prius de
quibus quero vtrum distent loco et situ si
cut prius quando fuerunt sub acciden
tibus: vel non. Si primo habetur pro
positum. quia sicut patet in primo articulo

omne per se vnu habens partes distan-
tes loco & situ. est quantum. Si 2^o. &
iste partes non sunt corrupte. nec vna
pars puerla in alia: quia manent sicut
prius. ergo necessario erunt mote loca-
liter. quod est contra positu. quia prius
distabant situ. mo no. Secundo sic ac-
cipio tota subam huius ligni denudata
ab oibus accidentibus absolutis & sit: a
& quero. Aut a coexistit toti loco suo &
pars a coexistit parti loci. aut no. Si sic
ergo a habet partes distantes loco & si-
tu. & per psequens a per partes suas in-
trinsecas est quantitas. Si non & prius
quando a fuit sub accidentibus: totus a
coexistat toti loco: & pars parti loci. 3^o
aliqua pars a est mota localiter: quia
omne quod prius est pns alicui loco: et
postea manens no est pns nisi cum non
sit extra oes locu necessario transfertur
de loco ad locu. & per psequens aliqua
pars a est mota localiter. Si dicat q a
no est in loco nisi per quantitate que est
accns sube: & ideo quando deus destru-
it illa quantitate nec est in loco nec mu-
tatur localiter. Contra hoc no vide-
tur theologice dictu. Nam sicut oes sanc-
tos angelus est in loco. & mutatur de lo-
co ad locu. tamen no est quantus tali q-
tate distincta. ergo eodem mo quantu cu
qz substantia ligni separaretur ab oi acci-
dente. nisi ponatur extra mudu: erit i lo-
co totum a & quelibet pars eius. & tunc
stat ar^m. Et si dicatur adhuc destructo
omni accidente absoluto: a erit i loco dif-
finitive sicut angelus & non circumscrip-
tine. Contra si sit in loco diffinitive.
pbo q est circumscripitive in loco: quia
si a sit diffinitive i loco. tunc eade roe p-
tes sue que sunt b. c. sunt diffinitive i lo-
co tunc quero. aut b est in eadem parte

loci diffinitive in qua prius fuit aut no
Si sic eade rone. c. erit in eade parte lo-
ci diffinitive in qua prius fuit & per co-
sequens b. & c. distant localiter & situali-
ter sicut prius ante destructoem accidē-
tium. quia in eisdē locis manent. sed oē
totum habens partes localiter distates
est circumscripitive in loco. ergo a est cir-
cumscripitive in loco. Si aut b no sit in
eade parte loci diffinitive in qua prius
fuit nec. c. hoc est vel qz b. est alibi diffi-
nitue. & per psequens est mutatu locali-
ter. vel quia non est alibi diffinitive. qd
no pot dici cu manet in mundo sicut nec
hoc pot dici de angelo. Et similiter hoc
dato tunc mutaretur localiter. quia ex
quo manet in reꝝ natura & non est i co-
dem loco in quo prius necessario muta-
tur localiter. Tertio arguo sic. Acce-
ptis duabus aquis a & b. non maioris
virtutis est conseruare a. & b. sine omni-
bus accidentibus absolutis. quando
sunt partes vnus aque totalis: qz si non
sunt partes alicuius totius. Sed deus
potest conseruare a. & b. hic sine
omnibus talibus accidentibus. quia no
oportet si deus separat a. & b. ab acci-
dentibus suis & b. hic q deus transe-
rat a. ad locum istum vel medium: nec
econuerso: & ita conseruatur in distinc-
tis locis. a. & b. quando non faciunt v-
num. ergo si a. & b. essent partes vnus
aque posset deus conseruare a. & b. in di-
stinctis locis & destruere omnia accide-
tia absoluta in eis. quo posito aqua to-
talis esset quanta per b. & a. que sunt
eius partes distinete situ. quod est pro-
positum. Confirmatur quia si deus p-
potentia sua absolutam conseruare to-
ta subam aque maris oceani sine omi-
bus accidentibus absolutis. no necessi-

traheretur deus ad transferendum aquam que in oriente est ad aquam maris que est in occidente vel ad locum medium vel e converso. sed hoc posito manifestum est quod prima substantia est quanta per aliquas partes. quarum aliquae sunt in oriente. et aliquae in occidente. Quarto quia quando subiectum et accidens habent partes sibi correspondentes. sic quod distinctis partibus accidentis correspondent distincte partes subiecti. tunc non minoris potentie est conservare partes accidentis destruendo substantiam sine omni motu locali accidentis vel partem eius quam conservare partes subiecti sine omni motu locali destruendo omne accidens absolute in substantia. Sed primum facit deus in eucharistia destruendo substantiam panis et conservando accidentia eius ergo potest facere. 2^m quo facto manifestum est. quod illa substantia est quanta per suas partes. Confirmatur. quia magis rationabile est quod substantia habens partes distantes localiter sit in loco divisibili. sine omni accidente: ita quod tota substantia sit in toto loco. et pars in parte: quam quod substantia carens omni parte sit in loco indivisibili: ita quod tota sit in toto loco: et tota in qualibet parte. sed secundum est verum de facto sicut patet de angelo et anima separata. ergo primum potest esse verum: saltem per potentiam divinam. Quinto quod omnis res absoluta existens sub aliquo absoluto accidente per informationem: ita quod totum subiectum est sub toto accidente. et pars sub parte potest per potentiam divinam coexistere eidem accidenti: sine inherencia et informatione. hoc statim probatur per hoc quod respectus extrinsecus adveniens potest corrumpi manentibus extremis. inherencia autem accidentis ad substantiam est respectus extrinsecus adveniens ergo etc. Sed si deus conservaret

substantiam ligni presentem quantitati sine informatione et inherencia. ita quod tota sit presentis toti quantitati et pars parti sicut illa quantitas habet partem distantem localiter a parte: ita substantia ligni habebit. et per consequens erit quanta per partes intrinsecas. Si dicis quod ablato respectu inherencie quantitati ad substantiam non erit substantia presentis quantitati predicto modo. Contra: quia respectus presentialitatis substantie ad quantitatem est prior respectu inherencie quantitati ad substantiam: quod patet quia respectus inherencie non potest separari a respectu presentialitatis. sed bene e converso. quia substantia potest esse presentis multis. quibus non inheret. sed prius natura potest separari a posteriori: saltem per potentiam divinam ergo respectus presentialitatis toti substantie ad quantitatem. potest separari ab inherencia quantitati ad substantiam quo posito tota substantia ligni erit presentis toti quantitati. et pars parti sine inherencia et per consequens ista substantia habet partem distantem a parte. ergo sic est quanta per proprias partes.

Ad argumentum principale nego assumptum. quia esse quantum non convenit substantie per aliquod accidens. nec accidenti per substantiam ideo neutri convenit primo sicut passio.

Questio. xxiii.

Trum substantia materialis per suas partes intrinsecas potest esse quanta. sine quantitate addita sibi. quod non. quia substantia non est alba sine albedine. ergo non est quanta sine quantitate. consequentia patet. quia eadem ratio est utrobique.

Contra. substantia potest esse quanta per partes suas intrinsecas. et nullum impossibile sequitur si ponatur inesse. 3^o sequitur quod sit quanta sine omni quantitate. Ad quod dico quod de facto substantia per partes suas intrinsecas est quanta sine omni re absoluta addita sibi. quod probatur multipliciter.

vbi dicit q̄ alia dicuntur relatiua sicut ca-
lesfactiuū ad calesfactibile z sectiuū ad se-
cabile. z oē actiuū ad passiuū. Et sequi-
tur. Actiua vero z passiuua fm̄ potentia
actiuā z passiuā z actōes potentiarum
vt calesfactiuū ad calesfactibile z calesfa-
ciens ad illud quod calescit. z secans ad
illud quod secatur tanq̄ agen^a. Ecce q̄
ponit calesfaciens z secans de scō^o re-
latiuoz. Ideo dico q̄ fm̄ intentōez ar-
istotelis solū noīa z participia cōr̄den-
tia a verbis actiuis z passiuis que non
tantū fm̄ vocē sunt actiua vel passiuua: s̄
vere significāt q̄ aliquid realiter agit z ali-
quid realiter patitur vel q̄ aliquid realit̄
fit z aliquid realiter facit sunt relatiua:
de scō^o h̄mōi sunt agens patiens cale-
faciens calesfactiuum; actiuum z passi-
uum. Preterea in predicamentis. ca.
de relatione dicit Aristoteles sic. Simi-
liter aut accubit⁹. statio. sessio. pōnes q̄-
dam: pō vero adaligd. Jacere vero aut

stare. aut sedere. ipsa quid ponens non sunt
sed denotative ab his quædicia sunt pō
nibus notantur. Et quibus patet q̄ ver
ba sunt in genere actionis vel passionis
& noīa vel participia eis correspondē
tia sunt in genere relationis. quia stare
nō est in genere relationis sed statio: eo
q̄ statio est alicuius statio. & sessio est a
licuius sessio. Circa secundā dō. q̄
nec noīa absoluta nec noīa pnotativa p
prie sunt in genere relationis. sed solum
noīa relativa. Sed talia noīa sunt i du
plici genere. quia quedā sunt relatiua fm
esse que nunq̄ possunt de aliquo verifi
cari significatiue sumpta. nisi vere & con
uenienter possit eis addi aliquis casus
obliquus alteri⁹ dictionis q̄ sui abstra
cti. Relatiua fm dici sunt illa. quib⁹
aliquādo vere additur casus obliquus
aliqui nō. Tunc dico q̄ oīa relatiua fm
esse vere sunt in predicamento relatiōis.
& hoc siue precise significant subām: si/
cut dñs & seruus siue qualitatē sicut si/
militudo & dissimilitudo. siue cōnotant
aliquid aliud in actu: sicut calefaciens effi
ciens. siue pnotet in potentia sicut calefa
ctiuū & calefactibile siue affirmatiue: si/
cut pseruatio. siue negatiue sicut creatio
Relatiua vero fm dici. non sunt pprie
i genere relationis. & iō nec man⁹ nec ca
put pprie sūt i gñe relatiōis. & hō qz ma
n⁹ aliquando est man⁹ hominis. aliquan
do non. vnde si manus abscisa non vo
caretur manus: tunc illud nomen man⁹
vere erit in genere relationis: & ita est d
similibus. Ad principale dico q̄ ista
regula intelligitur quando omnes ter
mini uniformiter accipiuntur. Nunc
autem hec ppō similitudo est relatio est
vera: vt similitudo supponit simpliciter
In ista autem iste albedines sunt simili

tudo si est vera albedo: sicut significatiue
& ideo illa regula in pposito nō habet
locum. Exēplum. animal predicatur de
homine & genus predicatur de animali
& tamen genus non predicatur de homi
ne: & hoc ppter causam dictam.

Questio. xxiii.

Trum relatio terminetur ad
absolutum vel relatiuum q̄
ad ab^m probatur quia fm. p.
v. metha. in 3^o mō. relatiuoz non est
relatio mutua. sed in vno tantum extre
mo est relatio realis: patet de scientia &
scibili. ergo solum absolutū in scibili ter
minat relationem realem in scientia.

Contra. in predicamentis dicitur om
nia relatiua dicuntur ad conuertentiaz
ergo. Ad questionem dico q̄ termin⁹
relationis dupliciter accipitur. vno mō
pprie p illo ad quod dicitur fm puer
tiam scz relatiuum. quod sibi additur in
casu obliquo. & sic dico q̄ secundum in
tentionem phi relatio semper terminat
ad relatiuum. quia relatiuum dicitur se
cundū puerterentiam ad aliud relatiuum
& nō ad ab^m. sicut pater dicitur filii & nō
hoīs. & vnū relatiuū cadit in diffinitōne
alteri⁹ & nō ab^m. Et iō dico q̄ pprie lo
quēdo vnū relatiuū terminatur ad aliū
nomē relatiuū. & nō ad ab^m. Nec ad rē
extra: & aliū terminū pprie loquēdo nō
habet rela^o. cum non sit aliqua parua
res distincta a rebus absolutis. Alio
mō accipitur terminus relationis im
pprie pro illo quod est tale quale denota
tur per terminum relationis pprie di
ctum. Exēplum istius relatiui creatu
ra. pprie loquēdo terminus est hoc re^m
creas v^l creator. nō illud qd est reals cre
ator non est relatiuū sed absolutū: puta

ipsemet deus. Sed contra nono methaphisice pbat ph. qd actus est prior potētia diffinitōe. quia potētia diffinitur p act^m. tunc sic. actus diffinit potētiā vt terminat relatōem eius. Aut ergo act⁹ terminat relatōem potētie vt absolutū z habetur ppositūm pprie loquēdo. aut vt correlatiūz: z sic potētia diffinit actum. quia dicit poz. c. de spē qd in relatiuis necesse est in vtriusqz rōnibus vtrūqz rōes poni: z ita actus vt est prior potētia diffinitione eēt posterior. 1^o sic. relati^m inq̄tum relatiūz diffinit p̄mo per terminū ad quē refertur. z p cōsequens termin⁹ vt terminus est prior relatiūo diffinitione vt relatiūū est. hec consequētia patet. vii. methaphisice vbi cōparat accūs ad subām: z nono methaphisice vbi pparat potētiā ad actū. sed impossibile est esse circulū in quacūqz prioritate eēntiali. ergo impossibile est patrē p̄mo referri z terminari ad filiūz inq̄tum filius refertur ad ip̄z. quia si sic pater esset prior filio. 2^o eēntiali diffinitionis. z fili⁹ esset prior patre. z ita eēt circulus. ergo pater p̄mo refertur ad illū absolutū in hoīe. quod terminat pater/nitatē z fili⁹ p̄mo refertur ad illud absolutū in patre quod terminat filiatōem z ita ambo absoluta sunt priora relatiōibus. Ad p̄mū istoz dico qd quū potētia sit relatiūū large accipiēdo: tñ act⁹ nō est suū correlati^m. qz nō oīs actus est alicui⁹ potētie. nec oē qd est i actū p̄t⁹ fuit in potētia. s; quū act⁹ non sit relati^m correspōdēs potētie: tñ actus pōt idiffinire potētiā: sed potētia nō diffinit act^m. iō ex hoc qd potētia diffinit p actū z nō ecōuerso dicit qd actus ē prior diffinitōe ip̄a potētia. Vñ dico qd h^o nomē relati^m potētia nō dicitur p̄mo ad

hoc nomē act⁹: s; ad aliū nomē z si nomē nō sit ipōitū licitū est fingere fm arte phi in predicamētis. Tunc ad formā dico qd actus diffinit potētiā: s; nō terminat ei⁹ relatōem. qz non est correlatiūū sibi corruis. Ad fm concedo qd relatiūū diffinitur per terminū diffinitione quid noīs nō quid rei. Et qñ dī qd i⁹ vt l̄mīn⁹ est prior diffinitōe suo correlatiūo: dico qd hec p̄na nō valet nisi de diffinitione pprie dicta exprimēte quid rei z de diffinitione data p additamenta et a priori. Quā aut diffiniūtur diffinitione quid noīs: mutuo tunc nō ē vey s; magis vbi diffiniēs z diffinitū sunt siml diffinitione z intellectu. qz neut⁹ pōt exprimi quid noīs. nisi p aliud. Et hoc totū patet per phūm in predicamentis vbi dicit qd qui diffinite scit vñū relatiūū diffinire scit reliquū. Et ad phi dico qd loquitur de diffinitione accipiēte aliqd z includente qd nō diffinitur per ipm diffinitū vbi diffiniēs semp est p̄ius diffinito illomō subā nō diffinitur per accidens nec actus per potētiā. qz semp diffiniēs est simul diffinitione cum diffinito: sicut est in relatiuis mutuis vel diffiniēs est p̄ius diffinito diffinitione z h^o est qñ nō diffiniūtur mutuo. Et vltra dico qd in istis relatiuis nō est talis prioritas essentialis diffiniētis ad diffinitū z in oībus istis bene pōt esse circulus in diffiniendo. Ad principale patet satis in precedentibus z pōt adhuc aliter dici qd in ter^o mō ex vna parte nō habet aliquod nomen absolutū preter nomen relatiūū respectu cui⁹ dicatur ad nomē relatiūū. sicut est ex alia parte. Exēploz visibile dicitur ad visum. z ecōuerso visus ad visibile. Et ista sunt pprie correlatiua z pprie est vñū relatiūū sicut reli

quā et omne nomen quod habetur ex parte visus dicitur ad visibile. quia non habemus nisi hoc nomen visus et vere dicitur quod visus est alicuius visibilis visus. non tanquam subiecti. sed tanquam obiecti secundum philosophum. Seder alia parte sunt duo nomina ad quorum utrumque dicitur visus. sed unum nomen est proprie relatiuum. puta visibile. et aliud non. puta color. nisi quia aliquomodo alter dicitur ad ipsum: quia proprie dicitur quod visus est visibilis visus et visus est coloris visus: sed non proprie dicitur color esse visus color. sicut dicitur quod visibile est visus visibile. Et si dicat quod philosophus dicit quod alterum extremum non refertur nisi quia alter refertur ad ipsum: et per consequens illud extremum aliquomodo refertur. sed color nullomodo refertur ad visum. ergo per illud extremum non intelligit colore. Dico quod colore refertur ad visum potest intelligi dupliciter vel sub nomine coloris: et sic refertur ad ipsum. non est aliud quam esse extremum correlationis. et ideo ex hoc ipso quod visus dicitur coloris visus ibi color aliquomodo refertur. Aliter potest intelligi refertur sub alio nomine. sicut dicendo color est visus visibilis et utroque modo potest insufficiens exponi philosophus.

Questio. xxv.

Primum relationes trium modorum sunt relationes in creaturis. quod non. quia relationes ille speciales non sunt res absolute existentes extra animam. Nec sunt res distincte ab illis: sicut patet ex precedentibus ergo etc. Contra circumscripso actu intellectus adhuc una albedo est similis alteri. ergo similitudo est relatio realis. Respondeo distinguendo de relatione reali. Unomodo dicitur relatio

realis. quia significat aliquam quam rem extra animam vel in anima. Aliomodo quia significat res absolutas extra animam vel in anima que dicuntur esse tales quales denominantur esse per tale relatiuum sine omni operatione intellectus. Primum modo dico quod non sunt relationes reales. quia non sunt tales parue res medie inter res absolutas: sicut patet ex dictis. Secundomodo dico quod sunt relationes reales: quia significant res absolutas predicto modo. puta similitudo significat duo alba. et quod utrumque album est simile alteri sine omni operatione intellectus. quia intellectus non plus facit ad hoc quod sortes albus sit similis platoni quam facit ad hoc quod sortes sit albus. immo ex hoc ipso quod sortes sit albus et plato est albus: sortes est similis platoni omni alio ymaginabili circumscripso tamen hoc non obstante ista pura absoluta potest intellectus diuersimode per conceptum exprimere. Unomodo per conceptum absolutum: sicut dicendo sortes est albus. plato est albus. Aliomodo per conceptum relatiuum. dicendo sortes est similis platoni secundum albedinem: et iste conceptus relatiuus est solum in anima. Sed hic sunt duo dubia. primum quod secundum predicta videtur quod aliquid refertur realiter ad non ens: puta materia realiter refertur ad formam non existentem. Ad quam est in potentia etiam circumscripso omni operatione intellectus materia est vere in potentia ad formam: et hoc nomen potentia vere significat ipsam materiam. Secundum dubium est utrum tales sint concedende albedo est similitudo. sortes est paternitas: sicut tales conceduntur albedo est similis: vel sortes est similis vel pater. Ad primum istorum

dico q̄ ibi est solū difficultas vocalisyl
equiuocatio de relatione reali. Nam si
relatio realis p̄scise itelligitur i^a q̄ im-
portat vnam rem existentem. ⁊ aliam si-
bi correspondentem in actu. sic est mani-
festum q̄ hic non est r̄lo realis. Sed vo-
cando r̄loem realem. quando aliquid si-
ue sit in actu siue in potentia est tale qua-
le denominatur esse p̄ p̄cretum relatio-
nis siue omni operatione intellectus: sic
est relatio realis: quia opatio itellect^o nō
plus facit ad hoc q̄ materia sit in potē-
tia ad formam. q̄ ad hoc q̄ vnus asin^o
generet alium. Ad secundum dico
q̄ aliter dicendum est secundum vsum
loquentium: ⁊ aliter p̄m veritatem ser-
monis. nam vsus loquentium habet di-
cere q̄ similitudo equalitas ⁊ c. ita signi-
ficant res absolutas: sed nō sunt res ab-
solute. Nec predicantur de illis. q̄ vsus
loq̄ndi nō p̄cedit q̄ albedo sit s̄litudō. n^o
duo alba sunt s̄litud^o s̄ p̄cedit q̄ s̄litudō
significat duo alba: sed loquendo de vir-
tute sermonis significatiue debet conce-
di q̄ similitudo equalitas ⁊ huiusmodi
ex quo significant res absolutas: ⁊ sunt
p̄ime intentiones: p̄ssunt vere predica-
ri de illis. Et hoc potest adhuc diuersi-
mode poni. vno modo sicut dictum est
quadam questione superius q̄ quan-
uis concreta talium relationum suppo-
nant pro vna re absoluta. ⁊ de i^a vere
predicantur. puta dicendo sortes est si-
milis. tamen abstracta relationum non
supponūt nisi pro plurib^o rebus absolu-
tis coniunctim. sicut nomen collectivuz
puta populus: exercitus: turba. so-
cietas. Et secundum istam opinionem
sicut conceditur q̄ sortes est socius. Et
ista negatur sortes est societas: ita conce-
dendum est. q̄ sortes est similis: ⁊ negan-

dnm q̄ sortes est similitudo. Tamen cō-
cedendum est q̄ sortes ⁊ io sunt simili-
tudo. ⁊ ita in omnibus esset dicendum:
q̄ talia nomina abstracta relationum
sunt nomina collectiva. sed quāuis ista
opinio possit sic sustineri quantum ad
r̄lones equiparentie: siue similitum nomi-
num non tamen in relationibus disqui-
parentie que sunt dissimilitum nominuz
quā non videtur proprie dictum q̄ de-
us ⁊ creatura sunt: creatio: actio: sicut
pater ⁊ filius sunt paternitas. sicut nec
conceditur q̄ filius est paternitas. Ido
potest aliter dici sicut dictum est superi-
us in quadam questione. q̄ quando cum
q̄ concretum ⁊ abstractū penitus idem
significant: ⁊ omni eodem modo signifi-
candi gramaticali ⁊ logicali talia con-
creta ⁊ abstracta predicantur de eodem
nisi inclusio alicuius sineat hegoruma-
tis impediatur: sed sic est de concretis ⁊ ab-
stractis istarum relationum. q̄ quicquid
significat simile significat similitudo. Et
eodem modo. quā non plus innotescit
per rationem. nec per auctoritatez alicu-
ius doctoris q̄ similitudo significat res
coniunctim plusq̄ simile: sicut per auc-
toritates innotescit nobis q̄ populus ⁊
exercitus significant sua significata con-
iuncti. ⁊ popularis supponit pro homi-
nibus diuisim: ⁊ ideo de virtute sermōis
sic hec est p̄cedenda albedo ē s̄litudō ita h^o ē
p̄cedē^a alb^o ē s̄litudō. Et nūq̄ p̄t vna ē
se vera sine alia. Et sicut hec est conce-
denda. sortes est pater. ita hec est conce-
denda sortes est paternitas. quā pro eo-
dē supponūt. ⁊ ista ē cōis. tā ad r̄loes eq̄
pen^o q̄ ad r̄loes disq̄parentie Ad p̄m
cipale patet sufficienter ex dictis.

Questio. xxvi.

Trum ydemptitas similitu-
do: et equalitas sint relationes
in diuinis q̄ non. quia tunc i
diuinis essent plures relationes q̄ quat
tuor. Similiter nulla istarum constitu
it personam diuinam. Contra. pater
in diuinis est realiter equalis filio et spi
ritui sancto. ergo. Supposita distincti
one d̄ r̄ l̄oe reali posita in priori q̄oe dico
tunc ad questionem q̄ accipiendo rela
tionem realem. primo modo vt dicit ali
quam rem quocunq; modo distinctam
a personis diuinis. sic non sunt relationes
reales. quia quando propositio verifica
tur pro rebus et cetera. Sed iste propo
sitiones pater est equalis filio vel simi
lis verificantur pro rebus et solus pa
ter et filius sufficiunt ad verificandum
istas. ergo alia res non est ponenda.

Præterea in creaturis equalitas: et
similitudo non sunt tales res p̄ne. ergo
multo fortius in deo. Præterea si sic
tunc quero. aut similitudo patris fun
dat aliam similitudinem respectu simili
tudinis i filio: aut nō si sic: t̄c erit proces
sus in infinitum. Si non. et tamen vna
similitudo est similis alteri: ergo eodem
modo standum est in primo. sc̄z q̄ pater
est similis filio sine omni tali re addita.

Secundo dico q̄ accipiendo rela
tionem realem. secundo modo sic sunt
relationes reales q̄ probō. quia quan
do aliquid est tale quale denotatur esse
per relationem ex natura rei. et non per
operationem intellectus. ibi est relatio
realis. sed sic est de equalitate. ergo illa
equalitas est relatio realis. **Tertio.**
dico q̄ iste non sunt relationes rōnis h̄
p̄bo. quia nunq̄ est relatio rōnis: nisi
quando res non est talis ex natura rei. q̄
lis denotatur esse per tale relatiuum:

sed potest esse talis per operationem in
tellectus. sed pater ex natura rei est eq̄/
lis et similis filio sine omni operatione i
tellectus. quia non plus facit intellectus
ad hoc q̄ pater sit similis filio. q̄ facit
ad hoc q̄ pater generet filium. Si di
cat. sicut impossibile est q̄ aliquid sit al
bum sine albedine. ita impossibile est q̄
aliquid sit equale sine equalitate. Dico.
q̄ ly equalitas potest stare materialiter
solum. vel significative. si primo modo
stet vera est. si sc̄do° falsa. quia tūc eq̄li
tas supponit pro patre et filio coniunc
tim vel diuisim. Ad principale patet
ex dictis quomodo pater est equalis fi
lio.

Questio. xxvii.

Trum ydemptitas numera
lis sit relatio realis. q̄ non. q̄
eiusdem ad se non est relatio
sed ydemptitas numeralis est huiusmo
di. ergo. Contra. fortes ex natura rei
est idem numero sibi sine omni opere in
tellectus. ergo est relatio realis. Præ
supposita distinctione de relatione reali
prius data dico breuiter q̄ ydemptitas
numeralis eodem modo est relatio rea
lis: sicut similitudo vt equalitas. Et h̄
quia fortes est realiter idem et ad h̄ ni
hil facit intellectus. Sed contra. p̄h̄s
v̄o. metaphisice. c. de eodem dicit sic. ydē
ptitas vnitas quedā pluriū in essendo:
aut quando v̄itur vno vt plurib; velu
ti q̄ dicunt ip̄m ip̄i idem. nam vt duo/
bus v̄itur eodem. tunc arguo. ydempti
tas numeralis non est nisi quando quis
v̄itur vno vt duobus. sed solus in
tellectus v̄itur vno. vt duobus. ergo ta
lis ydēptitas nō est sine opere intellect^o
et per consequens non est relatio realis.

Preterea ad relationem realem semper requiritur distinctio realis extremorum. sed hec extre^a nō distinguuntur realiter. ergo rē. Pre^o omne relatiuum predicat in concreto de subā: sicut bñ dicitur qd subā est qualis z q̄ta rē. Sed relatiuum est predicamentū relationis. ergo hec est vera. substantia est relatiua aīa est relatiuum. quod nō cōcedit: Preterea ab inferiori ad superi^o est bona cōsequentia. sed pater z relatiuum se habēt sicut superius z inferius: sicut paternitas z relatio. ergo sequitur homo ē pater. ergo homo est relatiuum. z nō per se. ergo per aliā rem. Ad primū dico. qd ari. non negat ydēptitatē numeralem esse relationem realem: sed vult qd in assignando extremū vni correlatiuo vtendū est eodē noīe in diuersis casibus ac si essent duo noīa. Et hoc siue assignetur p priū correlatiuum: siue illud de quo suum correlatiuum verificatur. Vnde sicut assignando correlatiuum similis possum dicere dupliciter. vnomō sic fort. est similis pla. Aliomō sic. simile est simili simile. ita in pposito possum dicere qd fortes ē idē forti. z quod idem eidē est idē. Si dicat qd fm istā assignatōem ita in similitudine oportet vti vno quasi duob^o sicut in ydēptitate numerali concedo n^o hoc negat phi. tñ differētia est ī vtraq^o assignatione. In pposito aut oportet vti vno vt duobus. hoc est oportet accipere idem nomē in diuersis casibus. idō dicit veluti ipsum ipi idē. sed in aliis respectibus nō oportet nisi quando assignatur nomen relatiuum ad suū ppiū correlatiuum. sic dicendo simile est simili simile. sed accipiēdo i^o quibus conueniunt relatiua debent accipi simpliciter diuersa. quia non possum vere dicere fortes

est similis fort. z sic de alijs Ad aliud dico qd extremū relationis potest dupliciter accipi. vnomō pprie p correlatiuo. isto mō dico qd omis relō realis requirit distinctōem realē extremoz. saltem numeralem. quia ipamet correlatiua que sūt extrema relationis sunt conceptus vel voces. z i^o in pposito distinguuntur numeraliter. sicut idē conceptus bis replicatus in diuersis casibus. Et eodem mō est de relationib^o mouentis z moti qñ idem mouet se qd ipsa extrema relatiōis que sunt correlatiua distinguuntur numeraliter saltem. Aliomodo accipitur extremum relationis pro i^o de quo correlatiuum verificatur. z sic improprie accipitur: z sic accipiēdo non oportet qd omis relatio requiratur distinctionem realem extremoz. quia potest esse simpliciter idem de quo vtrumq^o extremū verificatur. patet non solum in ydēptitate numerali. sed etiam quando idē mouet se. Ad aliud dico qd quando predicamentum est prima intentio secundum mentem philosophi. tale predicamentum predicatur de substantia in concreto. sed fm intentionem philosophi relatio est nomen secunde intentionis: qz prescise vtebatur hoc nomine relatio. vel ad aliquid pro intentionibus vel nominibus. z ideo ipse non concederet qd substantia est relatiua. sicut qd substantia est qualitas. tamen secundum veritatem theo^o rlo est nomen prime intentionis. qz significat nō solum noīa relatiua. sed etiam ipsas rōnes extra animam. puta rōnes diuinas. ideo est prima intentio. Ad aliud dico qd pater z relatiuum nō pprie se habēt. sicut superius z inferius. quia rlo est nomen scde intentionis sui phi. z soluz supponit p

noibus relatiuis: non p̄ rebus. & ideo nō sequitur. homo est pater. ergo hō est relatiuū. q̄ relatiuū non pōt supponere. p̄ ipsa re que nō est signum. sed tm̄ suppōit p̄ signis s̄m intentionem philosophi. saltem s̄m ueritatē. p̄ nulla re. creata extra & ideo in talibus termis non tenet illa regula ab inferiori ad superi⁹. sicut nō sequitur hō est spēs. ergo aīal est spēs p̄pter eandem cām. Ad argumenta p̄ncipalia patet ex dictis.

Questio. xxviii.

¶ **T**rum creatio actio sit relatiō rationis. q̄ sic. q̄ est relatio & nō realis ergo rationis. Contra. relatio rōnis causatur per actum intellectus sed p̄ter omnem operationem intellectus creati: uere dicitur de⁹ creans lapidem & creator hoīs. ergo &c. Ad q̄d nem dico primo q̄ creatio actio siue relatio dei ad creaturam. nō est relatio rōnis. quod p̄bo multipliciter primo sic. q̄m̄ aliquid importatur p̄ aliquod nomē q̄d nomen non potest alicui competere nisi aliqua cā cante si illa cā non esset: illud nomen nullo mō uere diceretur de aliq̄o sed relatio rōnis nullo mō pōt esse nisi in intellectu nostro cante. ergo si intellectus creatus non esset. nō esset relatio ratiōis & per consequens si creatio actio importet respectum rationis deus non erit uere creator: nec creans. & ita deus nō posset creare lapides intellectus creato non causante. Adterea quando aliquid denoiatur ab aliquo uere & realiter: uel q̄n̄ aliquid est aliquale uere & realiter. siue intellectus sit: siue non sit: per neutrum extremum importat aliquid cātū ab intellectu. Exēplum si hō realiter sit albus siue intellectus sit siue nō sit. tunc nec per

hoīem nec per album importatur aliquid cātū ab intellectu: sed siue intellectus sit siue non sit deus est creans. ergo nec p̄ deum nec per creantes importatur aliquid cātū ab intellectu. Adterea s̄m istos sicut intellectus causat respectum rōnis: ita uoluntas: & per p̄ns ad hoc q̄d. deus creet lapidem: nō plus facit intellect⁹ n̄ q̄ uoluntas creata. Et ita uel utrūq̄ cābit ibi respectū rōnis uel neutrum: si neutrum hētur p̄positum: si utrūq̄. ergo creatio actio importabit duos respect⁹ rōnis: unum cātū per actū intellectus. & alium causatū per actū uoluntatis q̄d est absurdū. Adterea sicut uox relatiua ita scriptū nomen est relatiuū. p̄posito ergo q̄ nullus intellectus creat⁹ esset: & tm̄ hec p̄positio esset scripta in libro. deus est creans: tunc illud nomē creans scriptū est relatiuum & tm̄ tūc non importat respectū rōis Adterea s̄m istos respect⁹ cātur ex operatione intellectus cōparantis unam rem ad aliam uel ad scriptū. tunc arguo q̄n̄ cūq̄ ex cōparatione alicui⁹ ad alterū cātur aliquid aliud: tunc ex simili cōparatiōe ipsius ad q̄d cūq̄ cātur simile. Exēplū q̄ subiectum & predicatū sunt denoiationes p̄ntes tales cōparationes. & ideo omne illud q̄d pōt intellectus cōparare ad hoīem sicut cōparat sortē ad hoīem potest esse subiectum uel predicatum respectu hominis: sicut sortēs potest eē subiectum uel predicatū respectu hominis: s̄z omni modo quo intellectus potest cōparare deum ad creaturaz cōsimili modo potest comparare quacūq̄ creaturā ad eandem. ergo si deus est creator p̄pter relationem consequentem cōparatiōem intellectus. eadez ratione una creatura dicitur & erit creatrix alterius p̄pter respectum rationis consequentem cō-

paratōem intellectus. si dicat q̄ vna cō/
paratio est vera z alia falsa. z ideo ad
vna sequitur respectus ratiōis z non ad
aliam. Contra. respectus rōnis ita cō
sequitur cōparationem veram sicut fal
sam z e cōverso. qz fm eos in ista p̄posi
tione assnus est hō. ita consequitur respe
ct⁹ rōnis assnum p̄pter cōparatōem fal
sā sicut in ista p̄positione vera. sortes est
hō consequitur respectus rōnis sortis p̄
pter cōparationem veram. qz ita assn⁹
est subiectum in p̄positione falsa p̄pter
talem cōparatōem falsam. sicut sortes est
subiectū in p̄positione vera. p̄pter cō
parationem veram. ergo siue intellectus
cōparet vere siue false semper cōsimilē
cōparationem sequitur cōsimilis respe
ctus ratiōis. z per consequens p̄pter il
lam cōparatōem: ita potest creatura cre
are sicut deus. **D**icere sicut nihil ē
album nisi albedo sit inesse sicut conueni
enti. ita nihil est creans nisi creatio sit in
esse sibi conuenienti. ergo si creatio actio
sit quidā respectus ratiōis: nunq̄ deus
vere crearet: nisi talis respectus ponere
tur per operationem intellectus compa
rantis quod est absurdum. **D**icere
sicut intellectus potest comparare cau
sam non habentē respectum realē ad ef
fectum suū fm istos ita potest cōparare
causam habentem respectū reale ad ef
fectum suum. ergo qua ratione ex pri
ma cōparatōe cōsequitur respectus ra
tis ratiōis eadem ratione ex secūda cō
paratōe consequitur cōsimilis respe
ctus. z ita talis causa haberet duos re
spectus ad effectum suum vnum reales
z alterū ratiōis quod falsum est. **I**deo
dico q̄ creatio actio siue relatio dei ad
creaturam nō est respectus ratiōis. **S**e
cūdo dico q̄ illa relatio ē realis illo mo

do quo relatio solū ad effect⁹ suos est re
alis. qz circūscripto omī intellectu crea
to vere dicitur de⁹: dñs creature z creas
Ad p̄ncipalia patet ex dictis.

Questio xxx.

Vtrum relatio rōis distinguit a re
bus absolutis. q̄ sic. qz contradi
ctoria nō verificantur de aliq̄
sine distinctione reali. s; colūna nunc est
dextra z prius non. ergo dextreitas co
lūne distinguit a columna. s; dextreitas ē
relatio ratiōis. ergo. **C**ontra. relatio
diuiditur in relatōem reale z rōnis. s;
relatio realis non distinguit ab absolutis
ergo nec relatio rōnis. **A**d questionē
dico breuiter q̄ relatio rōis non distinguit
a rebus absolutis. **Q**uod p̄bo. quia si
sic. aut h; esse subiectiuū aut obiectiuū
s; p̄mo tunc est reale. si scōdo p̄tra nihil
tale obiectū est in hoc mundo: sicut p̄ba
sum est prius. **S**ed p̄tra vniū extremoz
p̄positionis nec est aliqd absolutū: nec re
latio realis. qz non oritur ex natura ex
tremoz. ergo est relatio rōnis. **D**icere
terea subiectū z predicatum: genus spe
cies z alie secūde intentōes nō importāt
tū res absolutas. qz quicquid est abso
lutū in subiecto pōt eē z intelligi. z tam
non erit nec intelliget eē subiectum nec p̄
dicatum z sic de genere z specie zc.

Dicere veritas z falsitas necessitas
z p̄tingentia p̄pōnis non sunt res abso
lute nec relatōes reales. **D**icere p̄
cium in nūmo est relatio rōnis z non res
absoluta. **S**ed istis z cōsimilib⁹ non
obstātibus dico q̄ rōis nō distinguit
ab absolutis. nec inuenitū a p̄ talis di
stinctio inter relationem reale z ratiōis
Ad primū in p̄tratum dico q̄ vniū ex

tremoz ppositionis in mēte est concept⁹
sincathegorematic⁹ verbi copulatiui si
ue copulantis subiectum cum predicato
sicut in ista ppōe plata. hō est aīal. vno
extremoz ponitur illud verbū est qd est
quedam qualitas absoluta. Ita ppor
tionalr est de vnione extremoz istorum
nī intentōe. q est conceptus copule que ē
qualitas quedā mentis. puta actus intel
ligendi. et iste conceptus realiter distingui
tur a subiecto et predicato que sunt etiaz
diuersi act⁹ intelligēdi. et istis trib⁹ pcepti
b⁹ positis in mēte sine omni respectu rō
nis habetur ppositio et vnio extremoz
eius sicut istis tribus vocibus p̄tinue p
latis homo est aīal. hētur sufficienter p
positio in voce sine omī alio et vnio extre
mōz eius. Ad aliud dico q illud ab
solutum in mēte quod est subiectū vel p
dicatū ppositionis pōt eē et intelligi cog
nitōe incōplexa. et tñ nec vnum erit subie
ctū nec aliud predicatū sed hoc non pp̄
defectum alicuius respect⁹ rōnis. sed pp̄
defectum cōceptus absoluti copule. po
test enim aliquis absolute cognitōe incō
plexa intelligere et hōiem et aīal. et tamē
nec homo erit subiectū nec aīal predica
tū. et hoc qz deficit ille pceptus sincathe
gorematicus quo posito sū omī alio re
spectu: hō erit subiectū aīal erit predica
tū et habetur tota ppositio. Vnde conce
do q tam subiectū qz p̄dicatū est cōcept⁹
relatiuus rōis sicut post patebit. S; qū
bet talis conceptus est quedam qualitas
absoluta puta actus intelligendi et sicut
dictum est de subiecto et predicato. ita dicē
dū est de genere. et omnibus intentionib⁹
secundis. qz tā genus qz species sūt p̄rela
tiui. et possunt dici relationes rationis
fm bonum intellectum. Non tamen di
stinguuntur a rebus absolutis. Et

ideo animal qd est genus potest absolu
te intalligi cognitione incōplexa non intel
ligēdo qd est genus et sic d̄ sp̄. Etcā ē c; et
iste pcept⁹ gen⁹ n̄ tm̄ significat aīal corp⁹
colorē et alia genera. s; ipoztat qz p̄dicē
tur de pluribus differētibus specie. et ita
ille pceptus genus connotat illa de quib⁹
bas animal et color et cetera genera pre
dicantur. qz ille cōceptus genus non so
lū significat illas primas intētiones que
sunt genera. sed et connotat species illo
rum generum. licet iste cōceptus color et
animal non cōnotet illas species. ideo di
citur genus relatio rationis. qz non po
test sic cōnotare nisi mediante intellectu.
et tamen est qualitas absoluta in aīa. Et
odē modo iste cōceptus species nō solū
significat hōiem et asinum que sunt spe
cies sed cōnotat qz predicant⁹ de plurib⁹
differentibus numero et etiā connotat qz
genus est predicabile de eis. et ita pōt di
ci de aliis secundis intētōibus. Ad a
liud dico q veritas et falsitas ppōnis nō
differunt p̄ novos respect⁹ rōnis: sed sūt
cōceptus relatiui significātes ipsas ppō
nes nō absolute. sed iste cōceptus veritas
vltra ppōnem quā significat cōnotat qz
ita sit in re sicut importatur per ppōnem.
Et falsitas importat qz ita nō sit in re sicut
importatur p̄ ppōnem. et per illū pceptū
necessitas importatur et qz ita sit in re et
nō pōt aliter esse. cōtingentia connotat qz
pōt alr eē qz importat per ppōnem et h⁹
sine oī respectu rōnis. Ad aliud pcedo
qz p̄ciū est nomē relatiuū. et pōt dici rela
tōnis. qz denarius nō d̄ p̄ciū nisi p̄ vo
lūtariā instōnem alicuius. et ita connotat
actū volūtatis et actū intellectus ip̄s⁹ in
stituentis sine quo actu nullo⁹ dicitur h
ciū: iō pōt dici rōis. Per p̄dicta pōt
sufficienti rāderi ad oēs rōes reprobatas

relationes rationis esse. Ad principale dico qd in pposito contradictoria verificantur de colūna per mutationē alīs in quo est realiter sinistrum & dextrum: qd ideo colūna denominatur dextra vel sinistra. quia situatur ad dextram vel sinistram alīs. Ideo cōcedo qd dextreitas iportat rem distinctā a colūna. s. dextra pte alīs. Et qd accipit qd dextreitas ē relatio rationis. falsum est. quia sine omni actu intellectus & voluntatis dicitur colūna dextra vel sinistra. qz stat ad dextrā vel sinistram aīalis. & id non plus est relatio rōnis in colūna q̄ in aīali.

Questio. xxx.

Trum relatio realis & rōnis distinguant. qd non. qz relatio realis iportat aliquid extra aīam. g^o solum significat res exītes in aīa. & per pns est relatio rationis. Contra. relatio rōnis & realis diuiduntur ex opposito ergo nullo^o coincidunt in idem. Ad q̄stionē h̄ relatio rōnis non sit vocabuluz p̄hysicū. qz credo qd non inuenit illud vocabulū in p̄h. Aristotelis ponēdo tñ ppter cōia dicta relationē rationis aliquid eē. dico qd relatio realis & rationis distinguuntur. qd patet. quia quando sine operatione intellectus res nō est talis qualis denotatur esse per relationem & concretum relationis. tunc est relatio rationis. verbī gratia. qz nihil est subiectum nec predicatum sine operatione intellectus: imo ad hoc qd aliquid sit subiectū vel p̄dicatū requirit opatio. ideo isti pceptus relatiui. s. subiectū & p̄dicatuz dicuntur relationes rōnis. simlr qz vox non significat rē nisi per institutōem que est operatio intellectus. ita qd si nunq̄ fuisset hec vox: homo instituta ad significandū: non signi-

ficaret. nec eēt vox significativa: ideo significatio istius vocis pōt vocari relatio rationis. per hoc qd patet hoc nomē homo: ad hoc qd sit nomē. siue vox significativa nihil addit vltra istam vocē hō & cōsimiles: sed cōnotat actū intellectus quo instituebat ad significandū. istis enī duobus postis sine omni respectu rōnis inesse dicit ista vox hō nomen. qz impossibile ē qd ista vox hō sit. & qd actus quo instituit ad significandū sit. nisi ista vox sit nomen. Simlr qz nummus nō est precium nisi p voluntariam institutōem quā volitionē precedit actus intellectus. ideo potest p̄cium dici act^o respectus rōnis. Et s̄ h^o pōt saluari dictū Sco. qui ponit qd relatio rōnis potest causari: tam per actū intellect^o q̄ voluntatis. Sed quā res est talis qualis denotatur eē per relationē vlt per conceptū relationis sine omni operatione intellectus. ita qd operatio intellectus nihil facit ad hoc. tunc pōt dici relatio realis modo exposito. Exemplum quia vnum album est simile alteri albo sine operatione intellectus operantis: ideo similitudo dicitur relatio realis: & sic est d paternitate & aliis. Ad principale dico qd quantum hoc commune relatio sine intentionem philosophi sit secunda intentio. & ita sine euz potest dici relatio rationis. quia nec ipsum nec illa pro quibus supponit: sunt relationes sine operatione intellectus: tamen secundum veritatem theologie est prima intentio & relatio realis. quia licet secundum opinionem philosophi relatio non significat aliquam rem creatam extra animam: tamen in rei veritate significat relationes diuinas: que sunt extra animam ideo secundum veritatem est relatio realis & prima intentio. quia sine omni

operatione intellectus. paternitas diuina est relatio et similiter filiatio et spiratio. Similiter quicquid sit de relatione que est genus: tamen relationes speciales puta similitudo et hominibus sunt reales et significant et supponunt per rebus extra animam.

Incipit septimum quolibetum.

Questio prima.

¶ **T**rum creatio vel conseruatio differat realiter a rebus absolutis quod sic. quia creatio est relatio vel res absoluta non est res absoluta. 8^o et c.

¶ **C**ontra. si differat realiter. et ergo illa res que est creatio creatur. aut 8^o creatio que est a rebus. aut non. Si sic. tunc crit processus in infinitum si non. 8^o standum est in primo.

¶ **R**espōdeo quia ista questio includit difficultatem generalem ad creationem conseruationem actionem et passionem. Ideo generaliter dico quod non. quia quod propositio verificatur per rebus: si due res vel tres sufficiant ad veritatem propositionis: alia superfluit sed iste due propositiones lapis creatur lapis conseruatur sunt vere et verificantur per rebus. et ad verificandum istam propositionem: lapis creatur: sufficit deus et lapis. et primum instans in quo est. quia iste positus impossibile est quin hec sit vera lapis creatur. ergo creatio non est alia res ab istis. Similiter ad verificandum istam lapis conseruatur: sufficit deus et lapis. et aliquid instans post instans creatiois. ergo conseruatio actio vel passio non est alia res ab istis. Sed hic sunt dubia. primum est de creatione. quia videtur quod sit alia res ab istis. quia deus et lapis manent: et non manet creatio. pro hoc pro primo instans creatiois. ¶ **A**dterea si hodie ignis generet ignem et cras deus annihilaret ignem

generatum. et per creationem in 3^o die producat iste ignis creatur et prius non per causam.

¶ **E**t tamen omnia absoluta que sunt in tertio die fuerunt in primo die per causam. ergo creatio dicit aliquid de rebus absolutas. Scdm dubium est de conseruatione. quia deus est et lapis similiter quod lapis non conseruatur distig^o creationem a conseruatione. pro hoc in primo instanti quod lapis creatur. 8^o conseruatio est aliquid propter deum et lapidem. ¶ **A**d primum istorum dico quod creatio lapidis siue actiua siue passiuua non significat aliquid positum distinctum a deo et lapide. sed connotat negationem immediate precedere esse lapidis: quia importat quod lapis modo sit et prius immediate non fuerit. Et quicquid sic est sine omni alio respectu dicitur deus creare lapidem. Et lapis creari a deo: et hoc solum est primum instans creationis lapidis. ¶ **A**d 2^o dico quod tertio die ignis creatur et non in primo. quia in aliqua parte tertie diei fuit totaliter nihil. quia fuit annihilatus secundum materiam et formam. et per mediate fuit: ideo fuit creans. Sed in primo die non fuit creatus sed generatus. quia in primo die non accepit esse secundum se totum. quia materia fuit presupposita generationi. Et si dicat ponam^o quod solum forma ignis annihilaretur in tertio die: et repetit per creationem: tunc manet eadem materia primo die et tertio: et tamen tertio die creatur et primo die non. ¶ **R**espondeo. tertio die creatur forma ignis: quia tunc producit a solo deo: qui solum agit ad extra per creationem. ¶ **P**rimo autem die non producit a solo deo sed ab igne. ideo non creatur. ¶ **V**nde hoc nomen creatio quod solum dicitur de lapide: ita quod lapis vel ignis solus dicitur creari et non generari. connotat quod ignis immediate prius non fuit et quod ignis producit a solo deo. ¶ **A**d 2^o dubium dico quod conseruatio siue actiua siue passiuua: non dicit aliam rem a deo et lapide. Et sicut crea/

lio lapidis importat ultra deū: q̄ lapis modo est et prius non fuit: ita cōseruatio importat ultra deū q̄ modo est et prius fuit et q̄ hoc non est verū in primo instāti creationis lapidis. iō tunc non cōseruatur sed creatur. Ad principale dico q̄ licet creatio sit nomen relatiuū. tamē potest supponere pro rebus absolutis et iō de virtute sermonis hec est cōcedēda. creatio actio est deus. et creatio passio est lapis.

Questio secunda

¶ **T**rum qualitas differat realiter a substantia. Qd non. q̄ rectū curuū triangulum quadrangulū et hōi sunt qualitates d̄ tertia specie et sunt substantie eo q̄ deus non posset facere corp⁹ sine figura. ergo etc. Cōtra albedo et nigredo sunt qualitates. et non sunt substantie vt manifestū est. ergo. Ad q̄onem dico q̄ qualitas de tertia specie differt realiter a subā. qd̄ probo. q̄ iposibile est aliqd̄ transire de vno contradictorio in p̄trictorium sine acquisitōe vel deperditōe cuiuscūq̄ rei vbi nō saluatur per transitōem t̄pis vel motum localem: sed hō est primo nō albus. et postea albus et iste transitus non saluatur p̄ motum localem: nec transitōem t̄pis. ergo albedo differt realiter ab homie. Scdo dico q̄ qualitates de quarta specie cuiusmodi sunt figura curuitas et rectitudo: densitas: raritas et hōi. non sunt realiter distincte a substantia. et aliis qualitatib⁹. Qd̄ probo. quia quando p̄positio verificatur p̄ rebus. si vna res sufficit ad eius veritatem. frustra ponuntur due. sed tales p̄positiones linea est recta: substantia est curua. et huiusmodi verificantur p̄ rebus et sola substantia sic. vel sic situata

sufficit ad eius veritatem. partes substantie disponantur fm̄ lineam rectam: et nō moueantur localiter. nec augmententur nec diminuentur. contradictio est q̄ primo substantia sit recta et post sit curua. ergo rectitudo vel curuitas nihil addit super substantiam et partes eius. Vnde si deus per potentiam suam absolutā separaret a substantia situata fm̄ lineam rectā omne accidens tam absolutum q̄ relatiuum. et q̄ partes illius substantie in eodem situ cōseruentur. Adhuc illa substantia erit recta sicut prius. ergo etc. Sed hic est vnum dubium quomodo scitur q̄ qualitas est alia res a substantia et quomodo non. Respondeo q̄ quādo aliq̄ p̄dicab⁹ p̄nt success̄ verificari d̄ eod̄ q̄ p̄nt de eod̄ verificari p̄pter solum motum localem: tunc nō oportet q̄ illa p̄dicabilia res distinctas significēt huiusmodi sunt curuum rectum et hōi. Nam quando aliq̄ quid est rectum si postea nulla re abueniente: partes ipsius per motū localem apporimentur: ita q̄ min⁹ distent q̄ prius illud dicitur curuum. ideo curuitas et rectitudo important alias res a rebus rectis et curuis. Similiter est de figura q̄ per solum motū localem aliquarum partium p̄t aliquid fieri diuerse figure. Qd̄ mirabile enī esset si quotienscūq̄ partes mutarentur localiter. totiens acquirerēt nouas qualitates et perderent: sed sic nō est de albedine et nigredine. q̄ nō per hō solum q̄ partes alicuius mouentur localiter fit calidum vel frigidum. et iō omnia talia important res distinctas a substantia. Ad argumenta principalia patet ex dictis.

Questio tertia.

Trum actio vel passio differat
realiter ab absolutis. q̄ sic. quia
res absoluta dicitur agens. actio
autem nō est nec dicitur agens. ergo. Cō
tra. pluralitas nō est ponēda sine necessi/
tate. sed hic nō est necessitas. ergo ꝛc.

Ad q̄onem dico q̄ nec actio nec pas/
sio differt realiter ab absolutis. qd̄ p̄bo.
primo quia si sit alia res quero vtrū sit p̄
se stans vel non. Si primo tunc est sub
stātia z habet intentū. Si 2^o tunc actō
īnest agenti aut patiēti. Si primo tūc oē
agens z omne mouens vere recipet no/
nam rem in se quicūqz ageret vel moue/
ret. z ita corpus celeste z celestia p̄tinue
reciperent nouas res in agendo. z ita de
us in agendo recipet nonam rē in se. Si
actio sit in patiente tūc illa res non deno
minatur p̄prie agēs sed patiēns. Siml̄r
tunc patiēs semp̄ ad minus recipet in se
tres res: puta actōem z passiōem z quali
tatem absolutā quod videtur absurdūz
Si dicat q̄ tunc non sequit̄ q̄ deus reci
peret nouas res qz non est sile de deo et
aliis creaturis. Contra. de⁹ nihil reci
piendo vere z realr̄ agit: z per p̄ns est ibi
actio sine tali re media. ergo frustra pōit̄
talis res in alio agente. cum possit vere
z realr̄ eē agens sine tali alia re. Adre
terea illa res que ponitur actō. aut ē cre
ata aut increata: si non ē creata. ergo ē d̄
us. si creata quero a quo. Non nisi ab a
gente vt scilicet agens p̄ducatur illam rem
Vnde hoc dato quero de p̄ductōe illi⁹
rei sicut prius. z erit p̄cessus in infinitūz
vel stabitur q̄ vna res p̄ducitur sine omī
re media. z eadem ratione standum ē in
primo. Adreterea oēm rem quam p̄/
ducit deus mediante causa secūda: pōt p̄
se immediate p̄ducere. ergo illā rem que
ponitur actio quādo ignis agit in lignūz

potest deus immediate p̄ducere sine hoc
q̄ ignis agat. quo facto: quero aut ignis
agit aut non. Si sic ergo ignis agit. z ra/
men solus deus agit. Si non agit. cōtra
in igne est actio formaliter z subiectiue
existēs. z per p̄sequens vere denomiatur
ab actione. ergo ignis vere agit: z ita a/
git z non agit. quod est impossibile.

Adreterea quando p̄positio verificat̄
p̄ rebus si tres sufficiant ad eius verita/
tem nō oportet ponere quartam. sed ista
p̄positio ignis agit in aquam. verifica/
tur p̄ rebus. z ad eius veritatem suffici/
unt ignis aqua. z calor p̄ductus in aquā
ad p̄sentiam ignis. ita q̄ nisi ignis eēt pre
sens aque nō p̄duceretur. ergo calor na
turaliter sine omī respectu medio p̄duci
tur. z tunc ignis vere dicitur agens z aq̄
patiēns z calor effect⁹ p̄ductus. ergo nē
la alta requiritur ad veritatem talis p̄
positionū. Sed contra. impossibile est
trāsire de contradictorio in cōtradictori
um sine omni mutatione. sed ignis produ
cendo calorem in aquam in primo instā
ti in quo ignis generatur: ignis vere agit
in materiā. z materia vere patitur recipi
endo formā ignis. z post illud instās nec
materia patit̄ nec ignis agit. ergo est ibi
aliq̄ mutatio. s̄z nihil nouū acquirit̄. er/
go aliqd̄ precedēs corrumpit̄: z nō nisi a/
ctio vel passio. z nō corrumpit̄ aliqd̄ ab
solutum. ergo respectus. 5^o actio z pas/
sio sunt respect⁹. Adreterea qm̄ p̄posi/
tio verificatur pro rebus si pauca non
sufficiūt. requirunt plēs. sed ista p̄pō ignis
calefacit aquam. verificatur p̄ rebus et
res absolute nō sufficiunt ad verifican/
dum eam: qz possunt oīa absoluta fieri
a solo deo: z tunc nō erit hec vera: ignis
agit. ergo ꝛc. Ad primum istorum
dico q̄ aliter dicendum est de agente

non conseruante: et aliter de agente conseruante: tunc talis transitus saluat per solam transi-
tionem temporis. quod sola actio que non est conser-
uatio importat hoc totum quod ad presentiam
istius ignis ad aquam sequitur calor in aqua
quod non est in ea nisi ignis est presens aque
et quod post primum instans illud in quo ponitur
forma ignis si agens destrueretur: nihilominus
est forma ignis in materia aqua
ideo tunc propter transiitionem temporis dicitur
ignis non agens. qui prius erat agens. Si
militet quod passio que non est conseruatio passi-
ua dicit hoc totum quod materia nunc habet ali-
quam formam ad presentiam ignis. quod primum im-
mediate non habuit post primum instans ex
hoc quod tempus transit sine omni alio addito: se-
quitur quod hec sit falsa hoc passum patitur ab
hoc agente. et quod hec sit vera hoc passum
non patitur ab hoc agente sicut sola transi-
tio temporis sufficit ad verificandum istam. Pri-
mo fortes est in a. et postea ista fortes non
est in a. Sed de agente conseruante non preter-
talia dictoria verificari: nisi propter destru-
ctionem effectus. Et si queratur utrum actio
et passio transeant post primum instans. Respondeo
quod sic. sub isto intellectu quod agens cessat esse
se agens. et patiens cessat esse patiens et iste
intellectus est verus. Et sub isto intelle-
ctu potest concedi quod priuatio mere corrupitur.
et quod priuatio corrupitur in aduentu
forme: non quod aliquid vere corrupitur
sed quod materia cessat esse in potentia: vel
cessat esse priuata hoc est incipit habere formam.
Ad secundum frequenter prius dictum
est. ideo nunc transeo. Ad argumentum
principale dico quod logice loquendo actio
vere est agens. quod vere et realiter supponit
pro agente.

Questio. iiii.

¶ **T**rum predicamentum actionis et
passionis componantur ex concepti-
bus. quod non quod predicamentum v-
triusque predicatur de rebus. quod componitur
ex rebus. Contra ista predicamenta com-
ponuntur ex signis naturaliter significantibus
res. sed conceptus sunt homini igni. Ad qua-
estionem dico quod secundum intentionem philosophi
verba mentalia actiua que sunt conceptus:
sunt in predicamento actiois et omnia verba me-
talia passiuua sunt in predicamento passionis
sive illa verba significant substantias sive
qualitates. quod Aristoteles nominat ubique
ista predicamenta per homini verba. sicut patet
in predicamentis. et cum eo concordat Da-
masceus in logica sua. Unde predicamen-
tum actionis non est nisi quedam ordinatio
verborum actiuorum importantius quod ali-
quid agit vel facit aliquid. ita quod unum ver-
bum vere predicatur de alio verbo: cum
hoc pronomine qui addito. sic dicendo:
quod calefacit: agit: quod frige facit agit
et si talia verba essent in usu et sua partici-
pia et nomina eis correspondentia per eisdem
supponerent sicut omnia idem significant. tunc
agens et actio supponerent per eodem. Et
tunc de virtute sermonis debet concedi quod
actio est res absoluta sicut agens. et quod si-
cut agens est substantia. ita et actio est sub-
stantia. tamen substantia est contingenter actio. sicut
est contingenter agens. Et eodem modo de
virtute sermonis passio est substantia sicut pa-
tiens. Et hoc videtur dicere Damascenus
in logica sua. Unde dicit facere autem
et pati substantia quedam est taliter operans vel pa-
tiens. Ad argumentum principale dico
quod neutrum predicamentum predicatur de re-
bus sed de conceptibus rerum.

Questio quinta.

Trum predicamentū qñ im-
portet rem distinctā a reb⁹ ab-
solutis. qz sic. qz acceptis duo-
bus individuis eiusdē rōnis z in oībus
similibus nisi qz vnū sit ante aliud: vtz
est dīe qz vnūz est antiquius alio. ergo
vnū habet aliquid qz aliud nō habet. z
nō nisi respectū importatū p quando er-
go quando iportat talem re^m. Cōtra
fm oēs cuiuslibet respectus oportet po-
nere aliquē terminū. z sicut patet. nō po-
test poni aliquis terminus illius respec-
tus quando nisi tēpus sed tēpus multo-
rum que vocantur quando est. preteri-
tum z per consequens non terminat ta-
lem respectū realem. Ad istā qōez di-
cam primo. qz quando non est. talis p-
nus respectus distinctus a rebus abso-
lutis. 2^o dicā ex quibus cōponitur pdi-
camentū qñ. Circa primū dico qz qñ
nō est talis respectus distinctus a rebus
absolutis. Qd pbo multipliciter. p^o sic.
Si quando sit talis res inherens rebus
temporalibus cum non plus. debe-
at talis respectus poni respectu vn⁹ tē-
poris qz alterius. ergo respectu tēporis
futuri erit talis res. qñs est falsum. qz
si aliqua talis res sit in isto homie qz erit
cras: sine qua nō pōt dicit qz erit cras: si-
cut nō pōt aliquid esse album sine albe-
dine. ergo respectu cuiuslibet instantis
illius tēporis in quo erit aliqua tal^r res
in isto hoīe: z cum ista instantia sint infi-
nita: sequitur qz in puero qui nasceret
cras erūt tot res: quot sunt futura ta^a
in quibus erit: z ita in illo puero erunt
infinite res. similiter in hoīe qui fuit in
finitis tēporibus z instantibus erunt re-
licte tales res infinite. Et si dicas: qz
illa instantia nō fuerunt in actu. Cō-
tra. aut aliquod instans vnqz fuit in ac-

tu. aut nullū si nullū ergo nihil est. si ali-
quod z nō plus vnū qz reliquū. 3^o in-
finita fuerunt in actu. Secūdo de oī
re contingit determinate dicere qz est vl^r
nō est. a cōpicio tunc illā rem que debet
derelinqui ex adiacentia tēporis crastie
dici. tunc in isto hoīe est determinate i⁹
res que vocatur quando de futuro vel
non. Si est in ipso. ergo hec est determi-
nate vera: hoc erit cras. Si nō est in eo
ergo sua opposita est determinate vera:
scz qz hic homo nō erit cras. qz est con-
tra Aristot. qui in futuris contingenti-
bus negat veritatē determinatā. Tertio
quero aut in isto homine est talis respec-
tus respectu crastie dici aut nō. tunc ar-
guo. sequitur formalit talis respect⁹ re-
spectu crastie dici est in isto hoīe. ergo
iste homo erit cras sicut sequitur forma-
liter in isto hoīe est albedo. ergo iste hō
est albus. Et vltra arguo. oīs ppositio
vera de presenti que nō dependet ex ali-
qua de futuro habebit aliquā ppoem
de preterito necessariā. sicut si hec sit ve-
ra. nunc sortes sedet in a die postea. hec
erit semp necessaria: sortes sedit in a die
ergo si hec sit vera nunc illa res que est
quando respectu diei crastie est in sor-
te ppter qz sortes est determinate futu-
rus cras. post instans illud hec erit. sp
necessaria. ista res que est quando fuit i
sorte. z ita post illud instans hec erit sp
necessaria. sortes fuit futurus cras. z p
pñs deus nō pōt facere quin sortes sit
cras. quia hoc solo pñatur deus inge-
nita facere que vtiqz sunt facta. Si aut
illa res que est quando respectu diei cra-
stie nō sit in sorte. ita qz hec ppo de pñ
ti sit determinate vera: cum eius veritas
non dependet ex aliquo futuro hec erit
semp necessaria. illa res non fuit in sor-

te. & sequitur formaliter ista res non fuit in sorte. ergo sortes non fuit futurus in die crastina sicut sequitur albedo non fuit in sorte. ergo sortes non fuit albus. Alius est necessarium per ypoteseos. ergo consequens est necessarium. & per ista deus non potest coicere vitam sorti usque ad diem crastinam & omnia que eveniunt de necessitate eveniunt & nihil a casu neque a fortuna. Confirmatur. quia sicut propositio vera determinate de presenti. habet aliquam propositionem de preterito necessariam. ita propositio falsa de presenti que non dependet ex futuro. habet aliquam de preterito impossibilem: sicut si hec est modo falsa: sortes est in a: hec semper post a. erit impossibilis: sortes fuit in a. ergo si hec sit modo determinate falsa ista res que est quando respectu diei crastine est in sorte. ista semper post erit impossibilis. ista res fuit in sorte. & per consequens ista semper erit impossibilis sortes fuit futurus. Et tunc quero aut sortes potest esse cras aut non. si sic. ergo sortes potest esse cras sine tali respectu. Similiter hec tunc non est impossibilis sortes fuit futurus cras. sed necessaria: quia eius de presenti est determinate vera. & ita sortes necessario erit cras. aut sortes non potest esse cras: & tunc impossibile est sortes esse cras. & ita nullum est futurum contingens: sed omnia de necessitate evenirent.

Confirmatur quia si quando sit talis res. tunc sicut impossibile est aliquid esse calidum sine calore: ita impossibile est rem temporalem esse futuram sine tali re. consequens est falsum. quia hec est vera antichristus erit ante diem iudicii. & tamen in antichristo cum sit nihil non est talis res. Si dicis quod ex tempore futuro non derelinquitur

talis res antequam res temporalis fuerit in illo tempore: & sic antichristus non existens non habet talem rem derelictam ex tempore futuro. Contra. si sine tali re vere ista res erit cras: & in omni tempore futuro eadem ratione sine tali re vere ista res fuit in tempore preterito. & etiam nunc est ergo frustra ponitur talis res. Quarto quia nullam contradictionem includit quod deus conseruet sortem qui fuit heri sine tali respectu per quem dicitur fuisse heri. quia potest per potentiam suam absolutam sortem conseruare. & illam rem destruere ponatur ergo in effectu. & tunc quero. aut iste homo fuit heri aut non. si sic. ergo sortes vere fuit heri. sine tali re. & per consequens per illam rem non dicitur sortes fuisse heri. quod est propositum. Si sortes non fuit heri contra per positum hoc fuit heri vera. sortes est hodie: ergo prius hec de preterito semper est necessaria. sortes fuit heri. ita quod deus non potest facere quod sortes non fuit heri ex quo fuit. Ideo dico quod quando non est talis res. Circa secundum dico quod preterquam proponit ex adverbis vel aliis terminis adverbis equivalentibus per que convenienter respondetur ad questionem factam per interrogativum quando.

Et ideo semper nominat Aristoteles illud predicamentum per hoc interrogativum quando & non aliter. quia non habemus nomina specialia ad omnia illa per que respondetur ad talem questionem. Et ideo hoc predicamentum non importat rem distinctam a substantia & qualitate. sed importat substantiam vel qualitatem adverbialiter & non nominaliter. Sed dubium est quomodo

do potest saluari transitus a contradic-
torio in contradicto^mputa q̄ nunc hec
est vera. sortes fuit heri: & heri non fu-
it vera. Respondeo q̄ saluatur per
transitionē temporis. Nam ex hoc q̄ tē-
pus transit cui iste coexistebat nunc. di-
citur sortes fuisse heri. & prius non.

Ad principale dico q̄ quando non
importat respectum talem. sicut homi-
nes ymaginantur. sed importat coexiste-
re. vel coexistitisse: vel q̄ coexistet
cum tali re. Nam ex coexistentia
rei cum tempore. non plus derelinquitur
aliqua res in re temporali q̄ in an-
gelo derelinquitur aliqua res ex hoc q̄
coexistebat mihi: vel ex hoc q̄ fui i vil-
la: vel in ecclesia. Et quando dicitur
q̄ ille qui est antiquior habet aliquid
q̄ alius non habet. Respondeo du-
pliciter accipitur habere. vno modo si-
cut subiectum habet accidens. & sic fal-
sum est assumptum. Alio modo q̄
coexistebat maiori tempori. Et sic ha-
bet aliquid quod alius non habet. quia
habere plures annos non est habere in
se formaliter. Sed tantum coexistitisse
pluribus annis. Sic ergo dico q̄ predi-
camentum quando componitur ex tali-
bus aduerbiis. hodie. heri. cras. pridie.
& sic de omnibus aduerbiis per que cō-
uenienter respondetur per istam interro-
gationem quando.

Questio .vi.

Trum vbi importet rem di-
stinctam a rebus absolutis/
q̄ sic. quia per motum loca-
lem vere aliquid acquiritur. sed nihil

absolutum acquiritur per motum loca-
lem ergo respectus. Contra. omnia
possunt saluari per absoluta. ergo et ce-
tera. Ad istam questionem dico bre-
uiter q̄ non. q̄ probō primo. quia non
est ponendus talis respectus nisi per mo-
tum localem. aliquid acquiritur vel de-
perditur: sed propter hoc non: quia vlti-
ma sphaera ponitur moueri localiter: & ta-
men nullum nouum ibi acquiritur: q̄
non est aliquod corpus circumscribens
vltimam sphaeram. quod possit esse termi-
nus illius respectus. ergo. Et si dicat q̄
vltima sphaera habet diuersum respec-
tum ad centrum: quia terra quiescit in
medio. ita q̄ circa medium mouetur vlti-
tima sphaera. Contra. ex isto habetur
propositum. q̄ motus localis potest ef-
se sine acquisitione talis vbi. quia mani-
festum est q̄ celum non est in terra si-
cut in loco. ergo non est ibi tale vbi.

Preterea si totum celum esset con-
tinuum cum contento: & esset prescise
vnum corpus sicut deus posset facere
adhuc posset deus circulariter mouere
illud corpus: & tamen tunc nihil quies-
ceret: ergo & cetera. Preterea si de-
us faceret vnum corpus sine omni loco
adhuc posset illud corpus mouere. Et
tamen tunc nihil quiesceret nec esset ali-
quod vbi acquisitum. Preterea & si
sic: tunc non solum totum celum. sed &
quelibet pars haberet tale vbi. Et per
consequens eēt tot talia vbi in celo: q̄ sūt
ptes in celo. vel erit vnus respectus to-
talis extensus ad extensionem celi.

Preterea non includit contradic-
tionem q̄ deus destruat illum respec-
tum. Non destruendo locum: nec
corpus locatum. nec etiam trāsferen-

do locū vel locatū de loco ad locū quo
facto quero. an illud corpus est in hoc
loco an non. Si sic: et nō habet talē res/
pectū: ergo locatū est in loco sine tali re/
spectu et per consequens frustra ponit Si
nō ē i eodē loco que prius fuit et nihil ē
corruptum. ergo aliquid est motū loca/
liter. quod est contra positū. Secun/
do dico. qd predicamentū. vbi cōponitur
ex aduerbiis loci. per que conuenienter
respondetur ad questionē factā per hoc
aduerbiū vbi. vt ibi. illic intus. foris etc.
aduerbia localia. Ad argumentū pri/
cipale dico. qd aliquid pōt esse alicubi v/
bi prius nō fuit. ppter motū locale sine
oī acquisitione vel perditione cuiuscun/
qz respectus. quia ex hoc solū qd ali/
quid mouetur localiter. et fit presens
alicui loco. ita qd nihil sit mediū inter ip/
sum et locū dicitur ipsum esse alicubi v/
bi prius nō fuit. Si dicat qd in oī mo/
tu aliquid acquiritur mobili vel de per/
ditur ab eo. Respondeo nego illud
sed sufficit qd acquiritur: vel deperdat
locus qui nō est subiectie i locato. et hō
est speciale in motu locali. Et si dicat qd
locus nō acquiritur alicui nisi informet
ipsum. Respondeo negando illud.
qd locū acquiri alicui nō ē aliud qd per
motū locale fieri qd nihil sit mediū inter
corpus locatū et locū. Aliquē etiā pōt eē
motus localis sine acquisitione cuiuscun/
qz informantis. vel nō informantis. sed
sufficit qd si esset aliquis locus circūstans
qd tunc acquireretur locus. Exēplum
est de vltima spera. quia per hoc qd mo/
uetur localiter nihil acquirit. tamen si ef/
set aliquis locus ei circūstans illā spe/
ram: tunc acquireret illū locū: sed de fa/
cto nullum locū acquirit de nouo: et ta/
men dicitur moueri localiter.

Questio vii.

Trum positio vel habitus im/
portet respectus distinctos a
rebus absolutis. qd sic. qz ces/
sio et statio vere sunt in re. et nō sunt idē
realiter. ergo sunt distincta nō absoluta
quia tunc quodocunqz aliquis homo
staret post qd sedit vere acquireret vnū
absolutū. et perderet aliud quod est fal/
sum. ergo sunt distincti respectus. Pre/
terea de habitu apparet idē. quia aliqd
dicitur nunc habere habitū que prius nō
habuit. ergo ibi aliquid subiectiue acq/
ratur. non nisi respectus. ergo etc. Con/
tra. pluralitas nō est ponenda sine neces/
sitate. Respondeo primo qd positio nō
dicit aliā rem a rebus absolutis. Cuius
rō est. quia quando aliqua predicabilia
possunt successiue verificari de aliquo
ppter solū motū locale. que nō possunt
simul verificari de illo. nō oportet qd il/
la predicabilia importent res distinctas
a rebus absolutis. sed per motū localez
sine oī respectu medio pōt de nō sedente
fieri sedens. quia aliter partes applican/
tur ad inuicē seipsis sine oī alio. quando
sedet et quando stat: et plus distat vna
pars ab alia vno tempore qd alio. ergo
Et ideo dico. qd positio que est predi/
camentū nō significat rem distinctā a re/
bus absolutis. sed significat partes rei
absolute sic sitatas. quia ex hoc ipso qd
aliquis est rectus. ita qd tibie nō incuruā/
tur. nec partes tibiāz apporximant di/
citur homo vel aīal stare. quando autē
partes incuruantur dicitur sedere. Se/
cundo dico qd in isto predicamento sunt
sedere: stare. iacere et consimilia que non
possunt puenire nisi quanto cuius pres/
possunt diuersimode apporximari. f. 20/

pter quam diuersam approximationem
 predicabilia contraria siue incompossi-
 bilia. possunt eide successive compete-
 re: Tertio dico. q̄ habitus qui est p̄-
 dicamentum: non dicit aliquam rem di-
 stinctam a rebus absolutis. Quod p̄bo
 quia accipio aliquem calciatum. possi-
 bile est q̄ deus destruat talem respectū
 qui vocatur habitus: non destruendo
 caligam nec tibiam. Nec mouendo ista
 localiter. hoc posito quero vtrum esset
 calciatus aut non. si sic habetur propo-
 situm. Si non et nihil absolutū est corru-
 ptum. ergo aliquid est motum localiter
 q̄ impossibile est q̄ aliq̄ sit primo calci-
 at⁹ et postea discalciatus: nisi p̄pter cor-
 ruptōem alicuius absoluti vel p̄pter mo-
 tum localem alicuius absoluti. Ideo
 dico. q̄ ex hoc solo dicitur aliquis cal-
 ciatus et sic de aliis. quia talis res: puta
 caliga vel caput. sit sibi modo appli-
 cata et non prius. vnde habitus qui est
 predicamentum importat q̄ vna res sit
 circa aliam que est mobilis ad motum
 ipsius nisi contingat impedimentum q̄
 res non est pars illius rei habituata n̄
 est simul cum illa re. sed distinguitur lo-
 co et situ a re habituata. Quarto di-
 co. q̄ in isto predicamento ponuntur ta-
 lia: armatum esse calciatum eē et sic de
 aliis. Ad principale dico q̄ cessio et
 statio possunt stare p̄ conceptibus. et sic
 nō sunt in re vel p̄ rebus: et sic concedo:
 q̄ sunt in re. quia tunc non denotant nisi
 q̄ partes aialis et corporalis sic ordina-
 ta sunt in re: et ista nō sunt idē: sed distin-
 cta absoluta diuersimode ordinata. Ad
 aliud dico: q̄ ille transitus de contradic-
 tō in contradic-^m pōt sufficienter saluari p̄
 motum localem sine oī respectu.

Questio. viii.

Trum vnitas vniuersi vlt ap-
 proximatō cāz vel distantia
 rerum ip̄ter respectus distinc-
 tos vel res distinctas a rebus absolutis
 q̄ sic. quia vnitas vniuersi est in ordine
 partium ad seinuicem et ad primum eā
 sicut vnitas exercitus est in ordine parti-
 um exercitus inter se et ad ducem. sed i^o
 vnitas nō est res absolute. quia ille ab-
 possunt eē et non sic facere vnum vniuer-
 sum sicut modo faciunt. Vnde contra-
 negantes vnitatem vniuersi eē relatio-
 nem pōt dici verbum p̄bī. 12^o. metaphi-
 sice q̄ tales qui sic dicunt: inconuexa fa-
 ciunt substantiam. ergo rē. Secundū
 p̄batur. quia cause secunde non possunt
 causare nisi approximate ista approxia-
 tio non est ens rōis. nec entia absoluta:
 quia ab-^o possunt esse et non approxima-
 ri ergo rē. Tertiu p̄batur. q̄ distan-
 agentis ad passū non dicit precise agēs
 et passum. quia tunc semper agens dista-
 ret a passo. ergo importat respectum di-
 stinctum ab illis. Contra. oia possunt
 saluari per absoluta sola ergo respect⁹
 sufficit. Respondeo breuiter q̄ nō. cu-
 ius ratio est. quia quando p̄positio ve-
 rificatur pro rebus. si pauciores suffici-
 unt: plures superfluum: sed sic est in oī-
 bus istis: partes ordinantur in vniuerso
 cause approximantur. res distant loca-
 liter ergo rē. Preterea si approxima-
 tio propinquitatis vel distantia eēt alia
 res. sequeretur q̄ quandocunq̄ aliq̄
 corpus inferius moueretur in qualibet
 re corporali vel spūali esset aliqua ve-
 ra res que prius non fuit. Similiter se-
 queretur q̄ in quolibet angelo eēt infi-
 nite res. quia in quolibet continuo sūt

infinite partes a quarum qualibz distat angelus. ergo sunt in angelo distantie in finite. Si dicat q angelus non habet respectum nisi ad totum et non habet distinctum respectum ad quolibet partem.

Contra. angelus plus distat ab vna parte q ab alia. ergo est alia distantia: angeli ab vna parte continui: et alia ab alia. et per consequens alius est respectus. Preterea positus duobus corporibus quacumqz mutatione facta. tunc ipsa dum modo non corrumpantur. nec mutantur secundum locum secundum se tota: nec secundum aliquam sui partem. equaliter distabunt vel approximabunt. et per consequens destructis talibus respectibus: duo corpora equaliter distabunt. et destructo illo respectu qui vocatur ordo vniuersi: adhuc vniuersum ordinabitur tunc: sicut nunc si partes absolute vniuersi maneant non destructe. nec mutante secundum locum. Preterea aliter sequitur q per motum digiti vestri replerem de nouo totum vniuersum: scz celum et terram: naturam corporalem. et spiritualem. nouis accidentibus. quia quando moueo digitum habet digitus alium situm q prius respectu cuiuslibet partis celi. et per consequens tot sunt respectus de nouo in celo quod sunt partes in celo et huiusmodi sunt infinite ergo etc.

Ad principale dico. q ordo et vnitatis vniuersi non est quidam respectus. quia si quoddam ligamen ligans corpora ordinata in vniuerso adinuicem quasi illa corpora non essent ordinata nec vniuersum vere esset vnum sine tali respectu secundum ymaginationem simpliciter super predicamenta: sed ille ordo impositat solum illa absoluta que non faciunt

vitam rem numero inter que vnum ab eodem plus distat aliud minus. et vnum propinquum alteri: et aliud distat plus: et minus sine omni respectu inherente: ita q inter aliqua sit medium: inter aliqua non: et ita melius saluatur vnitatis vniuersi sine tali respectu. Ad secundum dico q approximatio causarum non tantum dicit res absolutas. sed impositat q nihil impediens sit inter illa. et ideo quando nihil est medium impediens illa tunc vnum poterit agere in reliquum quando autem est aliquod impedimentum medium: tunc non oportet q vnum agat in reliquum. hoc patet. quia accipio solem et aliquod illuminabile: puta aerem in domo si aliquod corpus opacum interponitur. certum est q non agat. Amoto autem illo impedimento: puta aperta fenestra sine omni re noniter-acquisita soli vel aeri. potest sol illuminare. et per consequens. possibile est: q aliqua existentia sic se habent. primo: q vnum non agat in reliquum. et q postea sic se habeant q vnum agat in reliquum propter solam mutationem localem vnius alterius corporis. ymmo aliquando propter solam corruptionem alterius corporis. Duda si opacitas in nube corrumpatur. potest aer illuminari sine omni respectu. Ideo dico q tunc causa dicitur approximata quando agens est: et paciens: et nullum medium impediens interponitur quando autem non approximantur: tunc aliquod medium impediens interponitur et illud aliquando potest amoueri per motum localem agentis vel patientis. Duda quando aer magne quantitatis medius inter aliqua corpora impedit

actionem illorum. Aliquando per mutationem alterius. Aliquando per corruptionem alterius. Aliquando per concursum alicuius cause particularis si qua requiritur ad agendum. Nā si ignis appropinquetur aque: posset deus primo suspendere eius actionem. et postea agere cum igne sine omni motu locali vel respectu medio acquisito: vel per ditto. Ad tertium dico. qd nec distantia agentis ad passum. nec presentia precise importat illa absoluta. sed presentia importat qd inter illa non sit aliquod medium corpus: vel qd ab vno ad aliud non potest esse motus localis pro tunc. Nunc autem ex ista negativa non est aliquod corpus medium. non possum inferre istam affirmatiuam. ergo est ibi aliqua res positua preter absoluta sicut non sequitur nihil est medium inter contradictiona. ergo distantia importat. qd inter illa absoluta sit aliquod corpus medium et distantia dicitur maior: vel minor secundum qd corpus medium est maius vel minus.

Questio. ix.

Trum aliquis conceptus predicatur de deo. Quod non. quia nullus conceptus est deus. nec eius est aliquis conceptus. ergo nullus conceptus predicatur de deo

Contra hec est vera in mente: deus est in quo predicatur conceptus eius de deo. ergo et cetera. Quia solutio huius questionis dependet ex quadam difficultate logicali que est de ac-

tu significato et exercito. Ideo primo ponam differentiam inter actum significatum et exercitum. Secundo ad questionem. Circa primum dico qd actus exercitus est ille qui importatur per hoc verbum est vel consimile vel melius qui non tantum significat aliquid predicari de alio. sed exercet predicationem predicando vnum de alio: sicut dicendo hō ē aīal hō currit. hō disputat. et sic de aliis. Actus signatus est ille qui significatur per hoc verbum subici: vel predicari vel verificari vel competere. que idem significant. Verbi gratia. hic actus signatus genus predicatur de specie. similiter hic animal predicatur de homine. et tamen in ista propositione non predicatur animal de homine. quia in ista propositione animal subiicitur: et non predicatur. Et ideo ē actus signatus quia non est idem dicere animal predicatur de homine. et homo est animal. sicut non est idem dicere genus predicatur de specie: et species est genus. quia vna est vera et alia falsa. Ex istis sequuntur aliquę conclusiones. Prima est qd aliqua propositio est vera in actu significato que tamen est falsa in actu exercito recipiendo idem predicatum et subiectum. sicut hec est vera species predicatur de individuo. tamen hec est falsa. species est individuum. Similiter aliquando est e conuerso. quia hec est falsa res extra animam que non est signum predicatur de homine: tamen hec est vera homo est res extra animam que non est signum. Secunda conclusio qd terminus in actu significato supponit etiam simpliciter: sed in actu exercito supponit etiam perso-

naliter. Exemplum hec est vera in actu
significato. risibile primo predicatur de
hoie. et in illo actu significato tam ho/
mo q̄ risibile supponunt simpliciter p̄
intentione anime. Nam de hac intentio
ne aie predicatur primo risibile. non ta/
men pro se sed p̄ singularib⁹. S; iste ac/
tus debet sic exerceri omis homo est ri/
sibilis et in isto actu exercito correspon/
dente tam homo q̄ risibile supponunt p̄
sonaliter pro rebus singularib⁹. quia n̄
la res p̄t ridere. nisi res que sit homo
singularis et ideo in actu significato bñ
ponitur primo. sed in actu exercito cor/
respondente non p̄t poni: quia hec est
simpliciter falsa. de virtute sermōis. omis
homo est risibilis per se primo. Tertia
conclusio q̄ alicui actui significato cor/
respondet tantum vnus actus exercit⁹
et alicui duo ad hoc q̄ verificatur ac/
tus signatus. Exēplū primi hec est ve/
ra in actu signato passio significatur de
subiecto 2^o. dicendi per se. et ad eius ve/
ritatē sufficit iste actus exercitus. omis
homo est risibilis. et nō requiritur neces/
sario veritas alicuius alterius act⁹ exer/
citi Exēplum scđi hec est vera in actu
signato. de sono predicat primo esse a p̄/
prehensibile ab auditu. q̄ de hoc cōi so/
nus predicatur. primo tale predicatum
non tamen pro se sed pro suis singulari/
bus. Et non debet sic exerceri. omis son⁹
est primo apprehensibilis ab auditu n̄
sic sonus est primū et adequatū obiectus
auditus. quia vtraq; istarū est falsa de
virtute ser. quia vel sonus supponit p̄
re singulari. et hoc non. quia quelibet sin/
gularis est falsa: quia nec iste sonus nec
ille est primū obiectū auditus aut pro
vli. et hoc non. Tum quia nulla talis ē
Tum. quia si esset nō posset apprenen/

di ab auditu. et ideo ad veritatē illius ac/
tus signati necessario requiruntur isti
duo actus exerciti: omis sonus est appre/
hensibilis a potētia auditivā. et nihil a/
liud a sono p̄t apprehendi ab auditu:
et causa est quia hoc q̄ dico primo di/
cit id ē q̄ predicatur de aliquo vli. et d̄
nullo predicatur nisi de quo illud predi/
catur et ita est de multis. Quarta cō/
clusio est q̄ tam phi q̄ cōiter loquentes
aliqui accipiunt actū exercitū p̄ actu si/
gnato. Aliquē ecōverso. et iō ppōes auc/
torū et magistrales sunt false de vir. ser.
sed vere sunt in sensu in quo fiunt.
Exēplum doctores concedunt tales p̄/
p̄sitiones. color est primū obiectū visus.
triangulus habet tres angulos per se et p̄
h̄mōi qui sunt actus exerciti et sunt sim/
pliciter false de vir. ser. tamen ppōes in
actu signato quas intelligunt p̄ istas
sunt vere. p̄ta iste. de colore vere predi/
catur esse pri^m obiectū visus de trian/
gulo predicatur primo habere tres vbi
termini supponunt simpliciter. et isti ac/
tui signato correspondent duo act⁹ exer/
citi. scz isti omnis triangulus habet tres
angulos et nihil aliud a triangulo ha/
bet tres angulos: vbi termini supponūt
personaliter. Circa fm argumentum
dico q̄ ex predictis patet solū^o eius: qz
p̄cept⁹ de predicatur d̄ deo significative
magis: pp̄te tamen dicitur de cōceptu
dei. quia iste actus signatus est verus: S;
iste actus signatus nō debet sic exerceri:
deus est conceptus: sed sic. deus est ens
deus est bonus: sicut iste actus signatus
genus predicatur de sp̄e qui verus est.
non debet sic exerceri: species est genus:
sed sic albedo est color. Ad argumē/
ta principalia patet ex dictis.

Questio. x.

¶ **T**rum psona sit nomē prime im-
positōis. q̄ non. quia nomē pri-
me impositōis est nomē prime
intentionis. sed persona nō est prime intē-
tionis. ergo zc. Contra. omnia nomina si-
gnificantia immediate res extra que nō
sunt signa: sunt nomina prime impositōis. p-
sona est huiusmodi. ergo zc. Sic pri-
mo videndum est que sunt nomina prime i-
positōis et que scōde. R̄ n̄ ideo ad questio-
nē. Circa primum dico q̄ non ē scōde i-
positōis dupliciter accipit. s. large et stri-
cte. Large accipiēdo est omne nomē scōde
impositōis qd̄ significat voces ad placi-
tū institutas. sed nō nisi quando sunt ad
placitū institute et intēdēs aīe. Et hoc si-
ue illud nomē sit cōe intēdōibus aīe que
sunt signa naturalia siue nō. talia autē no-
mina sunt huiusmodi nomē. verbū cōiunctō
casus: numerus: modus: tempus. Et vocā-
tur ista nomina nomina. q̄ nō imponuntur ad
significandum nisi partes oratōis. et hoc n̄
nisi dū ille partes sunt significatiue. et ista
nomina ita pueniūt intellectōibus aīe: sicut
vocibus. hoc mō illa vox nomē est nomē
secūde impositōis. quia anteq̄ imponere-
tur ad significandum nō erat nomē. similr
nomina anteq̄ imponeretur ad significandū
nullius casus erat. Et ex h̄ p̄ q̄ i^o no-
mina que predicantur de vocibus ita bñ
q̄ nō sunt significatiue: sicut q̄ si signi^o n̄ sunt
nomina secūde impositōis. et ideo talia qua-
litas: prolatū: vox et huiusmodi quibus signifi-
cent voces ad placitū institutas: et veri-
ficentur pro eis: quia tamē illa significa-
rēt eas si nō essent significatiue sicut nūc
ideo nō sunt nomina secūde impositōis sic
loquēdo. Alio modo dicitur nomē secū-
de impositōis stricte illud quod nō signi-

ficat nisi signa ad placitum instituta: ita
q̄ nō potest competere intētionibus aīe
que sunt signa naturalia cuiusmodi sūt
talia: figura: cōiunctio et huiusmodi que
solum cōueniūt vocibus et nō cōceptib⁹
Similiter nomina prime impositōis dupli-
citer accipiūtur. s. large et stricte. Large
oē nomē dī pri^o impositōis qd̄ ē nomē 2^o im-
positōis. et sic talia signa sicut cathegoremati-
ca: omnis: nullus: aliquis et huiusmodi sūt
nomina prime impositōis. quia nō sunt secū-
de. Stricte autem accipiēdo solum nomina
cathegorematica sunt nomina prime im-
positōis. sed sunt in duplici differētia. quia
quedam sunt nomina prime impositōis et que-
dam sunt prime intēdōis. Nam prime
intēdōis sunt nomina que significāt res que
nō sunt signa: nec psequētia talia signa:
cuiusmodi sunt ista: homo: aīal. sortes:
plato: album: nigrum et huiusmodi. Et
aliqua sunt nomina prime intēdōis que si-
gnificāt res que sunt signa et simul cum
hoc res que nō sunt signa sicut qualitas
et forte relatio que est genus generalit^m
Nomina autē secūde intēdōis sunt illa nomina
que precise sunt imposita ad significandū
intentiones aīe et alia signa ad placitum i-
stituta. et talia nomina sunt genus: spēs: vlt^o
differētia et huiusmodi. q̄ talia nomina
sola significāt intēdōes aīe que sunt signa
naturalia vel alia signa instituta ad pla-
citum. Circa secūdam dico q̄ sicut ex
dictis patet. persona est nomē prime im-
positōis: quia significat res que nō sunt si-
gna. Ad principale argumētum dico
q̄ tam nomē prime intētionis q̄ prime
impositōis: est nomē prime impositōis
et ideo quāuis persona sit nomē prime in-
tentionis cum hoc stat q̄ sit nomē prime
impositōis.

Questio .xi.

Trum per viam efficacie pos-
sit sufficienter probari quod de-
us sit infinitus intensiue. quod sic
quia effectus infiniti arguunt
causam infinitam. sed effectus producti
a deo possunt esse infiniti. Contra. sol po-
test producere infinitos effectus. et tamen
est finitus. igitur. In ista questione di-
2^a. tenet Scotus quod sic. quod probat pri-
mo sic. causa habens a se in virtute sua
actiua effectus infinitos est infinita. sed
causa que ex se potest mouere motu sem-
piterno. est huiusmodi. ergo maior est ma-
nifesta. Maior probatur. quia omnis effe-
ctus continetur in sua causa formaliter
vel eminentius. effectus autem infiniti non
continentur formaliter in prima causa.
ergo eminentius sed hoc non potest esse nisi
primum sit infinitus. ergo etc. Secun-
do sic agens quod potest in plures effe-
ctus est perfectius quam quod potest solus
in pauciores. ergo quod potest in effectus
infinitos est infinite potentie. sed deus est
huiusmodi. ergo etc. Tertio sic causa
que potest simul infinitos effectus pro-
ducere est infinita. sed si prima causa haberet
formaliter causalitates omnium causarum
possibilium posset simul in infinitos effe-
ctus quantum esset de se. ergo tunc esset infi-
nita. sed ipsa nunc perfectius continet cau-
salitates omnium causarum quam si formaliter
contineret. quia eminentius. ergo est vir-
tutis infinite. Confirmatur: quia quan-
do pluralitas arguit maiorem perfectio-
nem quam paucitas infinitas arguit infini-
tam. sed posse in plures effectus simul est ma-
ioris perfectionis quam posse in pauciores.
ergo etc. Quarto sic effectus cui cau-
sa secunda nihil addit perfectioris est infini-

tu. quia si non sequitur oppo^m. Exemplum
quod soli addit aliquid cause inferiores ad a-
gendum: id sequitur quod sol est finitus intensi-
ue sed nulla causa secunda addit aliquid perfe-
ctioris cause prime. igitur minor probatur. quod si sic
tunc quanto plures cause secundarie pro-
currerent: tanto effectus est perfectior per 7^o methaphisice.
sed prius effectus dei est perfectis-
simus. puta prima intelligentia vel homini.
igitur nihil addit causa secunda. Confirmatur.
quod causa prima cui finitum ultimum sue
potentie et causalitatis. causa secunda aliquid
perfectioris addit in causando. non potest
sola sine causa secunda illius effectum perfectum
producere: sicut cum illa. quia sua cau-
salitas est diminuta respectu causalitatis
sue et cause secunde. igitur si illud quod est natum
est a causa prima et secunda simul. multo perfe-
ctius a sola prima. tunc secunda nihil addit pro-
fectionis prime sed omne finitum cuiuscumque
finito addit aliquam perfectionem. ergo
prima est infinita. Confirmatur. quod no-
titia intuitiva cuiuscumque creature nata est
gigni a se: sicut a causa prima et secunda/
ria. ergo si illa notitia alicui intellectui in-
est sine actioe illius obiecti quod est cau-
sa secunda solum virtute prioris perfectius
quam ab utraque simul: illa prima est infini-
ta: quod causa inferior nihil sibi addit in cau-
sando. sed talis causa prima est contenta dei
quia ex sola presentia eius apud intellectum
diuinum nullo alio obiecto in inferiori
coadiuante. est notitia intuitiva cuiusli-
bet obiecti inferioris. ergo nullum aliud
obiectum sibi addit perfectionem in cau-
sando. et per prius est infinitus in cognoscibi-
litate. ergo in entitate 2^o methaphisice.
Contra istam opinionem arguitur. quod motor
potest infinite intensiue posset facere motum
in instanti. sed deus non potest facere motum in
instanti. igitur. Maior probatur. quod in fine

actant phisycorū pbat qd si in materia es-
set virtus infinita. moueret in instāti. sed
tm̄ potest virtus infinita extra materiaz
sicut si eēt in materia. ergo. Minor pba-
ref. quia p̄tradictōem includit scz qd mo-
tus nō esset motus z mobile localr siml
esset in multis partibus spaciū in q^o mo-
uet. Ideo dico qd nō potest sufficiēter p-
bati p̄ viam efficacie qd de^o sit infinitus
intēsiue. z cā dicta est in prima questione
tertiū quodlibeti. quere ibi. Ad primū
in oppositū dico primo qd inpropri^o mo-
dus loquēdi est qd causa habet in virtu-
te sua actiua omnes effect^o zc. qz pprie
loquendo non plus habet in se effectum
realiter ante pductōem q̄ post. Aliter eī
pducendo effectum pderet aliquam rez
sibi intrinsecā. sed intelligo ea sic. qd cā ha-
bet de se potētiam pducendi om̄s effect^o
suos. z sic intelligēdo potest dici qd. Ma-
ior est falsa nisi intelligatur de effectu in-
finito intēsiue. z sic est minor falsa. Ad p-
bationē maioris intelligēdo eam de infi-
nitis effectibus vel infinito effectu exten-
siue potest dici qd licet primū mouens cō-
tineat effectus infinitos em̄ētius q̄ i se
sunt. quia. s. ipse est em̄ētior. quolibet il-
lorum infinitoꝝ sm̄ naturam nō oportet
qd ppter hoc sit infinitū intēsiue: sed suf-
ficit qd sit aliquod finitū nobilius quo-
libet illoꝝ. z qd sit infinite duratōis
vt possit successiue producere illa infini-
ta. Ad scōm potest dici qd omne agēs
de se possit in effectus infinitos si eēt in-
finitē duratōis. Et ideo antecedēs nō
habet veritatem: nisi intelligēdo de plu-
ralitate effectuum sm̄ spēm nō sm̄ nume-
rū. z sic intelligēdo nō valet ad proposi-
tū. quia nō cōstat ratione naturali qd pri-
mū ens possit pducere effectus infinitos
distinctos specie. Et forte lz possit pdu-

cere species infinitas. nō sequitur qd sit in-
finitus intēsiue. qz huius multiplicatio
speciez sm̄ numerum posset eē z tm̄ nun-
q̄ pueniret ad speciem duple perfectōis
respectu prime speciei date: addēdo sem-
per de perfectione in duplo tertie speciei
q̄ scōe. z 2^o supra primā: z sic i infinitū vt
patet in diuisione p̄tiusi. Sed p̄tra. in
actibus reflexis est p̄cessus in infinitum
z semp̄ perfectior est posterior q̄ prior z
differunt spē. Itē ad argu^m p̄ce-
do qd si prima cā habeat formalr z disti-
cte causalitatem oīum causarum possibi-
lium eēt infinita. sed illud aūs includit
p̄dictōem. s. qd posset aliquid pducere: z
nō posset: qz si posset aliquid pducere illō
pductum vel pducēdum realiter z for-
maliter p̄fuit in prima causa. z per cō-
sequens nō producitur: nec potest produ-
ci. z ita antecedēs includit p̄tradictionēz
Et quādo vltra accipitur qd prima cau-
sa: nec perfectius cōtinet causalitatem om-
nium causarum quā simul cōtineret for-
maliter potest negari. licet de qualibet p-
ticulari causalitate posset concedi. Et nō
sequitur p̄tinet perfectius causalitatem
hui^o cāe forma perfectior z potēs eam
cāre q̄ si haberet eam realiter z sic de sin-
gulis. ergo p̄tinet perfectius cāitates eī-
um causarum q̄ si haberet eas formalr
sed est fallacia fig^o dictōis a pluribus d-
terminatis ad vnā. sicut sic arguendo iste
denarius est melior h^o obolo z illo: z sic
d̄ singulis. g^o est melior oībus s̄ sumptis
Ad p̄firmatōem respōsuz ē i prima qō
ne tertii qdlibeti. Ad quartū potest
cōcedi qd cām secūdā addere prime ali-
quā perfectōes potest intelligi dupliciter
vno^o qd aggregatuz ex prima causa z se-
cūda sit perfectius q̄ sola prima. Alio
mō qd illud aggreg^m sit potētius ad ope-

randum q̄ prima causa per se: et hoc respectu cuiuscūq; sui effectus primo est maior vera. quia omne finitum additum finito facit totum perfectius. sed hō modo est minor falsa. et eius pbatio nō vadit ad hūc intellectum. secūdo mō est maior falsa et minor vera. Ad pbationē maioris de sole dico: q̄ forte aliquis effectus solis immediat⁹ productus s̄n alia causa secūda. esset nobilior oībus effectibus sigillatim pductis ab eo: cum causis secūdis sicut s̄m philosophū sc̄da intelli gēria est causa tertie sine alia cā secūda media. et ille effectus est melior omī effectū suo: ita q̄ quecūq; cause sc̄de pcur rāt cum ea. Ad primam pfirmatōem dico q̄ maior est negāda s̄m primū intel lectū vt patet ex dictis. Et q̄n pbatur p hoc q̄ causalitas prime cause eēt dimi nuta dico q̄ verum est q̄tuz ad multos effectus secūdarios. q̄ s̄m eos deus non potest causare lucem in aere sine alio lu mine secūdario agēte. et tñ non sequitur q̄n alium effectū nobiliorē possit p se fa cere. puta placitum suū simplr. Similiter illa ppositio assumpta in illa ratōe q̄ .s. omne finitū cuiuscūq; finito addit aliquā perfectōem si intelligat̄ de additione pfe ctōis in entitate licet possit verificari: tñ nō est ad proposituz s̄m hūc sensum. Si aut̄ intelligatur de additōe perfectōis ad operādum quācūq; operatōem: sic falsa est vt patet ex dictis. Ad aliam cōfir mationem de neātia intuitiva: dico q̄ si illa maior intelligatur de intuitōe cre ata: verū est. et de illa nō variādo si argu atur q̄ illa est nata causari perfectius a sola causa prima. per pntiam sue eēntie apud intellectum diuinū: negāda est illa p positio s̄z philosophos. nec illud q̄d adu citur q̄ intuitio creature in deo ē perfecti

or q̄ in intellectu creato est ad ppositum: quia intuitio dei nō est causata: nec ē eius dē speciei cum intuitōe nostra. vñ argu mētum nō cōcludit nisi probaret q̄ intui tio creature causata perfectius sit a solo deo q̄ a deo et creatura simul. sed hoc nō probat. quia philosophus hoc negaret. ergo rē. Ad principale dico q̄ infini ti effectus simul producti arguūt causaz infinitā. sed infiniti effectus pducibiles nō arguūt causam infinitā. prima autem in finitas nō cōuenit effectibus dei. sed se cūda solum. Aliter respōdetur ad predi cta argumēta. q. tertii quodlibeti.

Questio duodecima

¶ **T**rum per cognitionem dei po test sufficiēter probari q̄ deus sit infinitus intēsiue. Qd̄ sic: quis deus itelligit ifinita. ergo est ifinitus.

Cōtra intellectus noster potest succes siue pducere infinita. quia non tot quin plura. et tamē nō est infinitus. In ista questione dicit Scotus disti. 2. q̄ sic. qd̄ probat primo. quia intelligibilia sunt a ctu infinita in intellectu intelligente actu omnia. ergo intellectus intelliges in actu il la simul est infinitus: talis autem est in tellectus diuinus qui de⁹ est. ergo. Ma ior probatur. quia ipsa intelligibilia a pud intellectam creatuz successiue sumpta sunt infinita in potētia. ergo omnia in telligibilia simul sumpta sunt infinita in actu minor probatur. quia apud deum omnia simul intelligūtur. Aliter deus nō esset primum exemplar omium. Secū do sic vbi pluralitas arguit maiores per fectionem q̄ paucitas: ibi infinitas argu it infinitam perfectōem. exemplum est de facere. h. 2. 8. et infinita. sed intelligere a. ē aliq̄ pfectio: et intelligere b. ē a⁹ pfect⁹

nunq̄ .n. idē intelligere est ipsi⁹ a. z b. eā
distincte vt duo sunt: nisi illa duo emine
ter contineantur in vno. z sic de tertio
quarto z vltra de infinitis. Confir/
matur. quia qđ est ratio intelligendi plu
ra distincte includit pprias rationes eo
rum intelligendi eminenter. ergo si est ra
tio intelligendi infinitorum. erit illa ra
tio intelligendi intelligendi infinita. Ter
tio sic. nulla substantia finita est eadem p
fectio que fm rationem suam formalem
esset accidentalis: siue esset eiusdem ratō
nis cum perfectione accidentali si esset fi
nita. sed substantia per se est eadem sue
intentioni. ergo est infinita. Sed istis
non obstantibus dico qđ per cognitionez
dei non potest sufficienter probari qđ est
infinitus intensiue. Et ratio huius dicta
est in prima questione tertii quolibet z in
aliis questionibus. Ideo ad rationes
respondeo ad primum dico qđ supposito
qđ deus intelligat distincte infinita. tunc
virtute istius rationis tantum debet cō
cludi qđ deus sit infinite virtutis extens/
iue z non intensiue. quia tantum conclu/
ditur qđ vnica cognitio dei terminatur ad
infinita obiecta extensiue. Ad aliud re
sponsum est in prima questione tertii qđ
libeti. Aliter potest dici concessa ma
iore qđ si in minori capiatur pluralitas i
tellectorum. z qđ requirit maiorem per
fectionem intellectionis qđ paucitas. mi
nor generaliter falsa est: sed forte tantuz
habet veritatem de intellectōibus diuer
sis diuersorum obiectorum: z de maiori
tate perfectionis extensiue non intensiue.
sicut totus ignis est perfectior parte extē
siue. Et cum dicitur in minori qđ intelli
gere a. est alicuius pfectōis rē. potest to
ta illa deductio cōcedi intelligendo per/
eminenter continere intellectiones aliq̄s

perfectius res representare qđ ipse repre/
sentant. z sic dico qđ vna finita intellectō
eminentius continet infinitas. i. non tot
quin plures. quia licet ille omnes simul
essent per impossibile. non tamen facerēt
aliquod infinitum nisi extensiue. z fm ml
titudinem nisi aliqua vna esset per se in/
finita intensiue quod est impossibile. vn
de sic continere eminenter duas intellecti
ones equales. nō est maioris perfectionis
intensiue qđ vnam tantum. z ideo licet ha
bere tales infinitas intellectiones: essz in
finite perfectionis extensiue z non inten
siue. non sequitur qđ habere vnam que
representat distincti⁹ oīa que repñtatur
per illas infinitas: sit infinite perfectōis i
tellectionis intensiue. sed tñ extēsiue. s. re/
spectu obiectorum. p hoc patet ad con
firmationē. Ad tertiu⁹ dico qđ maior
est falsa. simlr intellectio dei z nostra nō
sunt eiusdem rōnis. Ad principale di
co qđ solum cōcludit infinitatem extens/
iuam z nō intensiuā. puta qđ deus z intel
lectio sua est similitudo z representatiuū
infinitorum sicut cognitio que est cōcep
tus entis est similitudo infinitorum ob/
iectorum: z tamen nō est infinita. Et ita
potest dici in proposito.

Questio. xiii.

v Trum per simplicitatem potest
probari qđ deus sit infinitus inten
siue. qđ sic. quia omne finitum est
aliquo⁹ compositum vel cum alio com/
ponibile. deus nō est compositus nec al
teri componibilis. g^o est finitus. Con
tra. Angelus est summe simplex z tñ est
finit⁹. igr. In ista qōne tenet Sco. in tra
ctatu de primo principio qđ sic. qđ pbat
ibidem. primo sic. oīs substantia finita ē
in genere. deus nō est in genere. g^o rē.

Maiores probatur. quod omnis substantia finita
conuenit cum aliis in conceptu substantie. et di-
stinguitur. ergo illud distinctum est aliquo
idem substantie. Non autem per omnimodam iden-
tatem. quod eorum rationes sunt primo diuer-
se. ergo est unum ex eis: sicut in genere et dif-
ferentia contrahente. Secundo sic. omne
realiter conueniens et realiter differens con-
uenit et differt realitate non formaliter
eadem. sed realitas qua conuenit non est re-
alitas qua differt per identitatem: nisi al-
tera sit infinita. et tunc includens utranque
erit infinitum. Si autem neutra sit altera per
identitatem. sequitur compositio et per consequens
est finitum. ergo si est omnino simplex est in-
finitum. Sed istis non obstantibus teneo
oppositum. Cuius ratio est. quod intelligentia
est ita simplex sicut deus. et tamen est finita.

Ad primum in oppositum dico primo con-
cedendo quod deus non est in genere substantie
sicut supremum illius generis quod maior est
falsa. Et ad probationem dico quod licet deus
conueniat cum alio in conceptu substantie tran-
scendenti. non tamen uenit in proprio conceptu
generis. sed in conceptu transcendenti quo ui-
mur loco generis propter uenientiam cum
non genere substantie. Aliter potest dici dato
quod deus conueniret cum aliis substantiis in con-
ceptu generis et distingueretur per aliquid di-
stinctum. non sequitur quod deus sit infinitus
vel quod sit in genere sube tanquam aliquid compo-
situm ex natura generis et illo distinctio
quod per seipsum omnino et non per aliquid aliud
distinguitur. Aliter dico quod minor est falsa
quod teneo quod deus est in genere sube. Si di-
cis quod illud quod est in genere est in specie. scilicet
deus non est in specie. quod conceptus dei non est
specificus eo quod non potest predicari de
pluribus differentibus numero. licet pos-
sit predicari de pluribus personis. Adre-
terea non plus conceptus sube que est conis

deo et creature est generis quam conceptus sapi-
entie. sed conceptus sapientie qui intrat line-
am predicamentalem non predicat de deo. non plus
quam conceptus qualitatatis. quod de quocumque pre-
dicatur inferius et superius. ergo etc. Ad
primum istorum dico quod deus est in genere
sube et similiter in specie. et similiter dico quod non re-
pugnat conceptui specifico dei predicari de
pluribus differentibus numero sicut nec
repugnat conceptui solis. quod si essent plures
dii. adhuc ille conceptus equaliter predica-
retur tunc de illis sicut nunc predicatur de
vno solo. sed repugnat ipsi deo pluralifica-
ri et non conceptui specifico de pluribus pre-
dicari. Ad 2^m nego assumptum. quod con-
ceptus sapientie qui predicatur de deo non
est conceptus specificus de genere qualitatatis
quod ad hoc quod alius conceptus specificus
sit in aliquo genere: oportet quod quodlibet
contentum sub illa specie sit in genere il-
lius speciei. nunc autem deus non est qualitas
Et ideo licet homini conceptus sit in genere
qualitatis sicut res significata per illud ge-
nus sicut conceptus entis. non tamen sicut spe-
cies. sed sicut transcendens. Ad 2^m di-
co quod hec est falsa quod quod aliquid conuenit
cum aliquo et differt realitas qua conue-
nit et differt. est alia et alia nisi altera sit
infinita. quod calor conuenit cum frigore con-
uenientia generis. et differt differentia spe-
cifica et numerali per se totum. et per omnia
per eandem realitatem finitam. Ad arg^m
princip^o dico quod tam maior quam minor est cre-
dita et non potest sufficienter probari.

Questio. xiiii.

Primum per calitatem finis potest suf-
ficienter probari quod deus sit infinitus
intestue. quod sic. quod nullum finitum
potest voluntate faciare. sed deus potest volun-
tatem faciare. ergo est infinitus. Contra

illud est finitū quo amato perfecte vo-
luntas non quietatur. sed de^o est hmōi.
qz amato deo: adhuc pōt voluntas aliā
creaturam amare. ergo. In illa que-
stione dicit Sco. di. 2. q. sic. Qd probat
primo sic. qz volūtas nostra pōt oī fini-
to aliquid maius appetere. qz in volūta-
te est naturalis inclinatio in bonū infini-
tum. quod patet. qz ex hoc arguitur na-
turalis inclinatio in volūate ad aliquid
qd ex se sine hitu. pmp̄te z delectabl̄r vult
illud volūtas libera. sed hoc expiuntur
in nobis quo ad bonū infinitū. qz non vi-
detur volūtas in alio pfecte quietari.
Nunc aut naturalis inclinatio nō est ad
illud qd repugnat primo obiecto volun-
tatis. s. bono. ergo infinitum nō repugnat
obiecto suo. Tunc arguit sic cui nō repu-
gnat infinitas intensiue non est summe pfe-
ctū nisi sit infinitū. qz alr pōt excedi sed
enti nō repugnat infinitas intensiue. ergo
ens perfectissimū est infinitū. quō eni vo-
luntas nō odiret naturalr infinitū. si esset
oppositū sui obiecti sicut naturalr odit n̄
esse s̄m August^m 3^o de libero arbi. c. 51.

Sed teneo oppo^m sicut dictū est que-
stione prima tertii quolibet. Ad rōem
pōt dici vno mō s̄m phōz qz nō est in vo-
luntate nostra naturalis appetitus i bo-
num infinitū. Et quando dicitur qz in il-
lud est inclinatio naturaliter in quod
prompte voluntas fertur z delectatur si-
ne hitu. verū est si huiusmodi inclina-
tio sequatur cogitationem rectam z non
fictam. Nam ex quo voluntas est nata se-
qui cogitationem licet de libertate sua
possit in oppositum. Ad illud soluz di-
citur voluntas inclinari qd non erronee
videtur appetere. tale autem non est bo-
num infinitū s̄m philosophos vt postea

diceretur. Aliter potest dici qz non est i
voluntate inclinatio naturalis in bonuz
infinitum intensiue. nec sequitur om̄i bo-
no finito voluntas potest maius bonuz
appetere. ergo naturaliter appetit bonū
infinitum. qz si in hmōi appetitibus p-
cedatur in infinitum s̄m imaginationem
maioris z aliorum boni naturaliter. non
tamen est naturalis appetitus in bonum
infinitū intensiue. sed forte extensiue scilicet
eternum. Tertio potest dici qz conclu-
sio ad quā deducitur in argumēto est ve-
ra. videlz qz infinitas nō repugnat bono
inquantum bonum. immo repugnat inq̄-
tum est tale bonū. z ideo nō naturaliter
odit voluntas infinitum tanq̄ oppositū
suo primo obiecto scz bono. Ad argu-
mentum principale dico. qz nec maior n̄
minor potest probari sufficienter ex na-
turali ratione.

Questio decimaquinta

¶ Trum per viam eminentie po-
test evidenter probari qz deus sit
infinitus intensiue. qz sic. quia cui
non repugnat infinitas intensiue non est
sum^m pfectiū nisi sit infinitū. qz alr pōt excedi
s̄z enim repugnat infinitas intensiue. g^o est
perfectissimum quod est idem dicere qd
infinitum. Contra non potest eviden-
ter probari qz deus sit ens eminentissimū
ergo non potest probari per viam emi-
nentie qz sit infinitus. In ista questio-
ne tenet Sco. qz sic di. 2. quod probat pri-
mo sic eminentissimo impossibile est esse
aliquid perfectius. sed nullo finito in-
compossibile est esse aliquid perfecti-
us. ergo eminentissimum est infinitum.
¶ Maior p̄z minor probat. qz infi^m eē nō
repu^gt eti: sed si nō possz eē ens emineⁿ?

omni ente finito. infinitum enti repugnat. ergo finito non repugnat aliquid esse perfectius. **Maiores** huius syllogismi probatur quod si infinitum primo enti repugnaret hoc esset. quod eius oppositum includeretur in conceptu entis. quod falsum est. quod tunc non intelligeretur ens nisi intelligatur finitum. vel hoc est quod eius oppositum est passio convertibilis cum ente. quod non est verum. quod cognito subiecto: statim cognoscitur eius passio. sed cognito ente non statim cognoscitur finitum. **Confirmatur** quod potentie sensitive que sunt minus cognitive quam intellectus: statim percipiunt discovenientiam in obiecto ut patet de auditu respectu soni ergo si infinitas repugnaret enti quod est obiectum intellectus: statim intellectus illam repugnantiam perciperet et naturaliter refugeret quod patet esse falsum. **Secundo** sic per rationem **An. sol. c. 2.** illud quo maius cogitari non potest sine contradictione est infinitum. sed deus est homini. ergo etc. si dicatur quod illud non est in re: nec tale ens existit. **Contra** in summo cogitabili summe quiescit intellectus. ergo in ipso est summe ratio sui primi obiecti scilicet entis.

Preterea si summe cogitabile sine contradictione sit tantum in intellectu cognoscitur et cogitatur tunc illud summum posset esse. quod est cogitabile sine contradictione et non posset esse. quod rationi eius repugnat esse ab alio. ergo maius cogitabile est quod est in re quam quod est in intellectu tantum. **Non** autem intelligo quod id est sit maius per hoc quod existit sed quod omni eo quod est in intellectu tantum est maius cogitabile eo quod existit. **Preterea** intelligibile in tellectione intuitiva siue visibile est perfectius cogitabili non visibili. si tantum intelligibile abstractiue. sed illud quod existit est visibile intuitiue. quod autem non existit non nisi abstractiue. ergo perfectissimum co-

gitabile existit. **Tertio** sic cui non repugnat infinitas intensiue non est summe perfectum nisi sit infinitum. **Aliter** enim posset excedi: sed enti non repugnat infinitas intensiue. ergo ens perfectissimum est infinitum.

